BIBLIOTHECA
SCRIPTORVM GRAECORVM ET ROMANORVM
TEVBNERIANA

LIBANIVS

OPERA

EDIDIT

R. FOERSTER

VOL. IX

LIB. QVI FERVNTVR CHARACTERES EPISTOLICI
PROLEGOMENA AD EPISTVLAS

PA4226
.A2
1903
v.9

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT
https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized

Digitized by Google

Original from
PENN STATE

THE PENNSYLVANIA STATE
UNIVERSITY LIBRARIES

THE PENNSYLVANIA STATE UNIVERSITY
1855

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT
https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized

Digitized by Google

Original from
PENN STATE

62/6 TK

£3.13p

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT
https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized

Digitized by Google

Original from
PENN STATE

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT
https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized
Digitized by Google
Original from
PENN STATE

Libanius

LIBANII OPERA

RECENSUIT

RICHARDUS FOERSTER †

VOL. IX

LIBANII QUI FERUNTUR CHARACTERES EPISTOLICI

PROLEGOMENA AD EPISTULAS

IMPRIMENDUM CURAVIT

EBERHARDUS RICHTSTEIG

Editio stereotypa

1963

Georg Olms Verlagsbuchhandlung

Hildesheim

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT
https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized

Digitized by Google

Original from
PENN STATE

Mit Genehmigung des Verlages B. G. Teubner, Stuttgart,
veranstalteter reprographischer Nachdruck

Alle Rechte, auch die der Übersetzung, des auszugsweisen Nachdruckes
und der fotomechanischen Wiedergabe,
seitens der B. G. Teubner Verlagsgesellschaft, Stuttgart, vorbehalten

Printed in Germany
Herstellung: fotokop, Reprografischer Betrieb GmbH, Darmstadt

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT
https://hdl.handle.net/2027/pst.000007761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized
Digitized by Google
Original from
PENN STATE

LIBANII OPERA

RECENSUIT

RICHARDUS FOERSTER †

VOL. IX

LIBANII QUI FERUNTUR CHARACTERES EPISTOLICI
PROLEGOMENA AD EPISTULAS

IMPRIMENDUM CURAVIT

EBERHARDUS RICHTSTEIG

LIPSIAE IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI MCMXXVII

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT
https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized

Digitized by Google

Original from
PENN STATE

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT
https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized
Digitized by Google
Original from
PENN STATE

PRAEFATIO.

En habes editionis Libanii operum tomum nonum, totius seriei ultimum. Cuius liber manu scriptus a Richardo Foerster ut imprimeretur typographo missus post editoris mortem mihi traditus est, ut retractando eum in formam quam brevissimam cogerem. Quod novem mensium labore feci. Liber vero plenus Foersteri inter libros manuscriptos bibliothecae Universitatis Vratislaviensis recipietur. Characteres epistolicos, quos Foerster prolegomenis succedere voluerat, ego, ne eorum cum tomis sequentibus connexus intermitteretur, his anteposui. Numeri codicum marginales sicut in tomis prioribus inde a 415 additi sunt. Exspectas sane primo codici numerum 414 tribui, sed num. 140 deest, codices numeris 287 et 401 insigniti iidem sunt atque ii, quos editor iam num. 166 et 58 insigniverat, codices vero Sinait. S. Cather. 565 et Chalc. scholae theol. 118 (t. VII 738) et monast. Prusu 4 et Par. suppl. 675 (t. VIII 683) numeris carent. Errata perpauca tacite correxi.

An potius p. 32 in app. lin. 4 a marg. inf. et p. 41 lin. 13 a m. inf. legatur ʻlitt(erarum)ʼ pro ʻlin(earum)ʼ, quam vocem praebet Foerster, dubito. P. 76 media post intermissionem et ante vocem ʻIacturamʼ inseras: I. P. 97 lin. 18 et 31 a m. sup. pro C legas: C_{II}. Ad p. 52 sqq.: De cod. Vat. gr. 83, qui nuper a Franchio descriptus est in libro qui inscribitur: Codices Vat. graeci, rec. J. Mercati et P. Franchi de' Cavalieri, tom. I, 1923, J. Mercati prof. illustr. haec mihi benignissime scripsit, quibus quae Foerster exposuit quodammodo illustrantur: „Fol. 1—6 indicem continentia extra numerum quaternionum sunt ac nullo numero signata. Numeri quaternionum antiquiores

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT / Public Domain in the United States, Google-digitized
https://hdl.handle.net/2027/pst.000007761093
Digitized by Google
Original from PENN STATE

uno numero superant notas post supplementum inscriptas, ex. gr. fol. 198^{v} κδ' manu rec., κε' m. vetustiore legitur et ita porro, sed re vera numeri antiquiores inmutati fuerunt (quod neque Foerster neque Franchius observarunt) atque fol. 198 cernere est κδ', non κε' primo scriptum, fol. 228^{v} κη', non κθ', fol. 236^{v} λ in ras. Duo Foerster non commemorat: indici praefixo (fol. 1—6^{r}) subiectam esse summam vel computum epistularum universarum ‘※ (= ὁμοῦ) ͵αφμδ' (litterae prope evanuerunt) et codicem sc. XIV fuisse Demetrii Cydonii; cf. Catal. p. XXII. — Num Foerster recte sc. XIV tribuerit supplementa inde a fol. 97 usque ad 429 addita quae infra p. 55 enumerata sunt et e quibus Franchius fol. 162 et 176 omisit, valde dubito. Franchius sc. XII illa tribuit, minus absone, nisi fallor, si πίναξ sc. XII et ipse est (quod Foerster p. 54 dicere videtur)."

Dabam Vratislaviae die XXI mensis Dec. anni MCMXXVI.

Eberhardus Richtsteig.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT
https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized

Digitized by Google

Original from PENN STATE

CONSPECTUS.

I. Characteres epistolici . . . . . 1—47

Index nominum propriorum, quae in characteribus epistolicis inveniuntur 48

II. Prolegomena ad epistulas . . . 49—244

Caput I. De epistulis corporis et eclogarum.

I. De corpore epistularum 49

§ 1. De adversariis Libanii et primis eius epistularum syllogis 49

§ 2. De sylloga *b* Vaticani gr. 83 (*V*) eiusque propaginibus 52
(= codd. n. 1—16)

§ 3. De sylloga altera (*c*) comprehensa codicibus Vatic. 85, Voss. 77, Mosqu. 459, Marc. 441 eorumque propaginibus 70
(= codd. n. 17—54)

II. De eclogis epistularum 96

§ 4. De ecloga epistularum Σ e sylloga altera profecta et e codice ad archetypum *a* redeunte aucta et correcta. 96
(= codd. n. 55—94)

§ 5. De ecloga altera epistularum *g* e communi cum Σ fonte profecta 124
(= codd. n. 95—103)

§ 6. De codicibus eclogae Lacapenianae et familiae cum hac cognatae 132
(= codd. n. 104—178)

§ 7. De codicibus recensionis e diversis syllogae *b* propaginibus mixtae. 160
(= codd. n. 179—181)

§ 8. De eclogis epistularum ex archetypo *a* profectis 162
(= codd. n. 182—193)

§ 9. De codicibus epistulas ad ordinem a corpore plane alienum redactas exhibentibus 171
(= codd. n. 194—206)

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT
https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized

Digitized by Google

Original from
PENN STATE

§ 10. De codicibus solitariis 178
(= codd. n. 207—251)
§ 11. De stemmate codicum corporalium et eclogariorum 184
§ 12. De testimoniis et versionibus quae feruntur palaeoslavica et latina 184
(= codd. n. 252—269)

Caput II. De epistulis extra corpus eclogasque servatis.

§ 13. De ep. 1543 et 1544 188
(= codd. n. 270—276)
§ 14. De epistulis subditis 1545—1553 191
(= codd. n. 277—291)
§ 15. De corpusculo epistularum inter Basilium et Libanium mutuarum 197
(= codd. n. 292—419)
§ 16. De editionibus epistularum vel praeparatis vel effectis et de consilio huius editionis 234
(= codd. n. 420—442)

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT
https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized
Digitized by Google
Original from PENN STATE

SIGLA.

Numeri epistularum sunt editionis huius, nisi ubi res est de epistulis a Wolfio quidem editis, sed a Foerstero ut subditis editione exclusis: hae littera 'W.' addita significantur.

Ceterum abbreviaturae per se dispiciuntur, velut bomb[ycinus], chart[aceus], membr[anaceus], miscell[aneus], formae quart[ae], min[oris], mai[oris], oct[avae], duod[ecimae], sext[ae] dec[imae]; a. = anni, anno; sc. = saeculi, saeculo; ineunt. = ineuntis, ineunte; exeunt. = exeuntis, exeunte.

Saepius citantur:

Fritz = Fritz, W., Die handschriftl. Ueberlieferung der Briefe des Synesios, München 1905.

Graux-Martin = Graux, Ch. et Martin, A., Notices sommaires des mss. gr. d'Espagne et de Portugal, Paris 1892.

Papadopulus Kerameus = P. K., *Παλαιογραφικὸν Δελτίον, παράρτημα τοῦ ιϛ′ τόμου τοῦ ἐν Κωνσταντινουπόλει Ἑλληνικοῦ Φιλολογικοῦ Συλλόγου, ἐν Κωνσταντινουπόλει* 1885.

Rostagno e Festa = Rostagno, E. e. Festa, N., Indice dei codici greci Laurenziani non compresi nel catalogo del Bandini (Studi ital di filol. class. 1).

Seeck = Seeck, O., Die Briefe des Libanius, zeitlich geordnet (Texte und Untersuch. XV. 1. 2), Leipzig 1906.

Silomon = Silomon, H., De Libanii epistularum libris I—VI, diss. Gotting 1909.

Vogel et Gardthausen = M. Vogel-V. Gardthausen, Die griech. Schreiber des Mittelalters und der Renaissance, 1909.

Fr. Zamb. = Foerster, R., Francesco Zambeccari und die Briefe des Libanius, Stuttgart 1878.

Mss. Ups.-Linc. = Foerster, R., De Libanii libris manuscriptis Upsaliensibus et Lincopiensibus commentatio, Rostochii 1877.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized

Digitized by Google Original from PENN STATE

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT
https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized
Digitized by Google
Original from
PENN STATE

I.

LIBANII QUI FERUNTUR CHARACTERES EPISTOLICI

Libellus *Ἐπιστολιμαῖοι χαρακτῆρες* inscriptus, qui non quidem Demetrii *τύπων ἐπιστολικῶν*, sed Philostrati ad Aspasium epistulae[1]), Gregorii Nazianzeni ad Nicobulum epistulae 51[2]), Syriani ad Hermogenis de statibus librum scholiorum[3]) cognitionem prodit[4]) itaque post medium V saeculum[5]) et ab homine Christianae fidei dedito[6]) scriptus est, sine auctoris nomine in manus virorum doctorum vel potius iuventutis scholasticae pervenisse videtur. Cuius rei indicium vel in iis reperias quae auctor *ἐπιστολικοῦ χαρακτῆρος* codicis Barberini gr. 71 fol. 46 praefationis loco protulit[7]): *οὐδὲ τὸν περὶ ἐπιστολῶν λόγον οἱ πάλαι εἴασαν ἀβασάνιστον, ἐπεὶ καὶ Ἀρτέμων καὶ Προκόπιος τούτου μὲν ἅψασθαι λέγονται, ἀλλ' οὐκ οἶδ' ὅπως μέχρι τούτων* (*τούτου*?) *ἄδηλα τὰ ἐκείνων συγγράμματα, ὁ δὲ Λήμνιος Φιλόστρατος καὶ ὁ Φαλη-*

---

1) Philostr. vit. soph. II 33, 3 (tom. II 126, 19 ed. Kays.). Infra § 47 sq.

2) Infra § 48 sq. 3) II 192 ed. Rabe. Infra § 5.

4) Qui Gregorii et Syriani locorum totum tenorem cum hoc libello diligenter contulerit, Hinckio (annal. Fleckeis. 1869, 546 sq.), non Weicherto (Demetrii et Libanii qui feruntur *τύποι ἐπιστολικοὶ* et *ἐπιστολιμαῖοι χαρακτῆρες*, Lips. 1910 p. XXIII sq.) Gregorium ex eodem quo *ἐπ. χαρ.* fonte, Syrianum vero ex hoc hausisse censenti adstipulabitur. *„Apud L. omnia melius atque accuratius dicta esse quam apud Gregorium“* praefracte negandum et *„Syrianum etiam pleniorem quam L. esse“* agnoscendum est.

5) Nam exemplum 87 *μετριαστικῆς* e Theophylacti Simocattae ep. 28 sumptum non formae genuinae, sed postea insertum est.

6) Cf. 54 *τὴν σὴν ἱερὰν διάθεσιν* (= p. 36, 10 sq.).

7) Rabe, Mus. Rhen. LXIV (1909) 294 sq.

ρεὺς Δημήτριος καί τις ἀνώνυμος περὶ τούτου μὲν ὀλίγ' ἅττα παρέδωκαν, διὰ τὸ λίαν δὲ συνοπτικὸν τῆς λέξεως τοῖς νεωτέροις ἀσύμφορα. Quis enim nisi auctor huius tractatus verbis *καί τις ἀνώνυμος* significatus esse potest? Itaque et Libanii et Procli Platonici nomen postea demum libello antepositum esse statuendum est. Utrumque auctorem cum argumentum et forma libelli tum exempla epistularum excludunt[1]). Codex *V* tantum inscriptionem *ἐπιστολιμαῖοι χαρακτῆρες* praebet. A vetusta saltem memoria codicum cum reliquorum operum tum epistularum Libanii hic libellus prorsus abest. Libanio ut tribueretur non solum fama celebri qua is in epistulis scribendis fruebatur[2]), sed etiam praeceptorum ipsorum quadam consensione[3]) effectum videtur esse. Atque Libanii nominis primus testis est Maximus ille qui fertur Confessor, concinnator locorum communium[4]) in sermone VI *περὶ φίλων καὶ φιλαδελφίας* p. 550 Comb. (= t. 91 col. 763, 7 et 9 ed. Migne), a quo Antonius Melissa I 24 et 25 (t. 136 col 852 et 853) et Michael Apostolius prov. I 679 pendent.

Procli autem nomen quod ascitum est, in causa fuisse videtur vis illa quam epistula in huius de generibus dicendi doctrina in chrestomathia grammatica prolata habuit[5]). Procli vero nomen inditum est formae libelli iam non genuinae, sed et in ordine partium et in textu verborum mutatae. Hoc vero factum est, postquam forma genuina non solum tribus paradigmatis *παραμυθητικῆς* (72), *μετριαστικῆς* (87), *αἰνιγ-*

---

1) Weich. p. XXV sq.

2) Liban. or. XIII (t. II 81, 19): *τὴν δοκοῦσαν ὥραν τῶν ἐμῶν ἐπιστολῶν.*

3) Cf. locos ep. 606. 716. 1225 quos Proleg. § 1 attuli et Weich. p. XXV sq., praeterea Ioannem Rhakendytam (Walz Rhet. Gr III 559) et Lucam Notaram (Boisson. Anecd. V 183).

4) Elter, Gnom. homoeomat. I 70 sq. Holl, Die Sacra Parallela des Ioh. Damascenus (Texte und Untersuch. XVI) 286. 310. 379. 383. Fragmenta der Sacr. Par. (l. l. XX) p. XII sq A. Erhard, Byz. Zeitschr. X (1901) 414.

5) O. Immisch, Festschrift für Gomperz 267. Fr. Stein, De Procli chrestomathia grammatica, Bonnae 1907, 12.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT / https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized
Digitized by Google
Original from PENN STATE

ματικῆς (88) amissis, sed etiam scholio αἰνιγματικῆς in textum recepto gravem labem contraxit A forma Procliana aeque atque Libaniana tria illa paradigmata absunt et quod erat scholium marginale, in textu verborum extat. Contra paradigma ὀνειδιστικῆς (63) quod codices formae Proclianae quidem *DPH* cum codice Libaniano Laurent. LX 14 exhibent, Libanianae autem amiserunt, omnia authentiae signa prae se ferre mihi videtur.

Codices formae Proclianae non ex uno codicum superstitum Libanianorum derivati sunt, sed ad fontem cum his communem (*b*) redeunt. Nihilo minus ob causam quam modo dixi his fide aliquanto cedunt, etsi inter eos aetate omnes vincit Ambrosianus B 4 sup. sc. X.

Duo igitur codicum genera discernuntur, quae apte nominibus Libanianis et Proclianis comprehendentur.

I.

Iam, ut prius genus codicum adeamus, signiferi instar non quidem aetate, sed fide est codex

1. Vaticanus gr. 915 (= V) bomb. miscell.[1]) formae 415
oct. mai. sc. XIV fol. 221 et 222 inscriptus ἐ]πιστολιμαῖοι χαρακτῆρες. Incipit media in linea. Litterae initiales pleraeque desunt, initia finesque crebro deleta sunt aliisque locis scriptura evanuit. Primum adhibitus est ab Hinckio, qui eum littera *A* insignivit (ann. Fleckeis. 98 (1869) 538). Cuius collatione accuratissima aeque atque Weichertus qui eum littera *V* insignivit (p. XLIII) usus sum. E *V* descriptus, sed passim correctus est codex

2. Laurentianus LVII 34 chart. formae quart. min. sc. 416
XV fol. 1—6. Adhibitus est ab Hinckio, qui eum littera P insignivit (p. 544). Lectiones ab hoc e Rud. Schoellii collatione prolatas Weichertus (p. XLIII) litteris *Lr* usus in apparatum recepit, ego ut pretio privas exulare iussi.

1) Descriptus est ab Hinckio ann. Fleckeis. 97 (1868) 336—339.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT
https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized

Digitized by Google
Original from
PENN STATE

De ecloga epistularum Libanii huius codicis cf. Proleg. sub n. 12.

Si non ad *V* ipsum, certe ad codicem cum hoc cognatum redit

417 3. Havniensis bibliothecae regiae 1985[1]) chart. formae quart. sc. XV compluribus manibus exaratus, qui fol. 141—154^r praebet *λιβανίου σοφιστοῦ ἐπιστολιμαῖοι χαρακτῆρες* quibus nullo intervallo succedunt aliunde sumpta exempla recentioris originis inde a *κε΄ ἐπαινετική· οἱ τὰς ἀρετὰς μετιέναι* usque ad *πρὸς φίλον ἀσπαστική. τῆς ἀγάπης, ὦ φίλε* (ed. Weich. p. 37—54). Subscriptum est *τέλος ἀμήν. ἐν μηνὶ μαΐω ιη̃ ἰνδ. ιβ̃ου*. Nonnulla quidem mutavit, in plerisque vero cum *V* facit. Weichertus (p. LVI sq.) codicem litteris *Ha* insignitum contulit lectionesque in apparatum recepit. Ipse examinavi, sed ab apparatu removi.

Reliqui codices ad fontem cum *V* communem (*c*) redeunt non quidem via recta, sed per codicem hodie deperditum *d*. Qui duas habuit propagines, quarum prior codice *U* continetur, altera reliquos codices comprehendit.

Littera autem *U* a me cum Weicherto (p. XLIII) insignitur codex

4. Vaticanus gr. 1391[2]) formae quart. min. fol. 7—10 inscriptus *λιβανίου σοφιστοῦ ἐπιστολιμαῖοι χαρακτῆρες* manu sc. XII nitidissime exaratus eademque hic illic correctus. Primum adhibitus est ab Hinckio, qui eum littera B insignivit. Cuius collatione aeque atque Weichertus usus sum. Inspexi.

Ex hoc descriptus est

5. Neapolitanus bibliothecae nationalis III B 32 (CCLVI in indice Cyrilliano[3]), IX in indice Baffiano edito a Fabricio-Harles, Bibl. graec. V p. 775) fol. 235 inscriptus *λιβανίου σοφιστοῦ ἐπιστολιμαῖοι χαρακτῆρες*, qui fol. 246 deficit verbis *ἐπιστολὴ μικτὴ λέγεται διὰ τὸ ἐκ διαφόρων* (p. 46, 14

1) Proleg. sub n. 200 et 280.
2) Cf. t. VI 502 n. 249. 3) Cf. t. VI 502 n. 250.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT
https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized
Digitized by Google
Original from PENN STATE

in app. crit.). Inspexi. Sed quae e Rabii schedis rettulit Weichertus p. XLVI, sufficiunt ad demonstrandum codicem ex U fluxisse.

Alterius propaginis complures sunt codices, sed hi quoque in duos discedunt ramos. Ac prioris quidem familiae codicum proprium est, quod non solum exhibet exemplum *παραθαρρυντικῆς* pro *παραμυθητικῇ* et exemplum amissae *μετριαστικῆς* (§ 87), sed etiam alterum *μικτῆς* (§ 92) ante genuinum et 18 nova exempla *συμβουλευτικῆς* — *φυγαδευτικῆς* opusculo subicit (= Weich. p. 34—36 n. 42—59).

Huius autem familiae codices sunt

6. Parisinus gr. 2881 (= Pa) chart. formae sext. dec. 418
sc. XV, olim cardinalis Nicolai Ridolphi, ut ex inscriptione fol. 1: *No. 4 tertiae decimae N 4* elucet, misc fol. 150—154 *λιβανίου ἐπιστολιμαῖοι χαρακτῆρες*. Solus in margine inferiore alterum *εἰρωνικῆς* exemplum exhibet inscriptum *⟨ἄ⟩λλη ⟨ε⟩ἰρωνική· ⟨τ⟩ίς οὐκ οἶδεν* (p. 37 app. crit. l. 5). Inspexi et tabulis phototypicis usus sum, quas olim Hugo princeps de Radolin faciendas curavit in usum Weicherti, qui eum litteris *Pc* insignivit (p. XLIV), postea huius vidua mihi misit.

Ex hoc neglegenter descriptus est codex

7. Vaticanus Ottobonianus gr. 339 chart. misc. 419
sc. XV unus ex codicibus Ioannis Angeli Altemps fol. 220 —231, inscriptus *λιβανίου ἐπιστολιμαῖοι χαρακτῆρες* quem Hinckius l. l. p. 538 littera *C*, Weichertus p. XLIII huius collatione usus littera *O* insignivit. Inspexi.

8. Ambrosianus Q 5 sup. (661 in catal. Martinii et 420
Bassii) chart. formae quart. sc. XV, olim Jo. Vinc. Pinelli miscell. fol. 65 inscriptus *λιβανίου σοφιστοῦ ἐπιστολιμαῖοι χαρακτῆρες*. Desinit fol. 77^v exemplo *νθ' φυγαδευτική· σπεῦσον πάσῃ — ποιήσασθαι* (Weich. p. 36, 26), post quod numerus quidem *ξ'* in margine positus est, sed epistulam non habet pedisequam.

Inspexi. Schedis meis usus est Weichertus, qui codicem litteris *Am* insignivit p. XLIV.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT / https://hdl.handle.net/2027/pst.000007761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized

Digitized by Google Original from PENN STATE

421 9. Laurentianus LX 14 chart. formae quart. min. sc. XV, olim Angeli Politiani teste inscriptione folii primi *Ἀγγέλου κτῆμα Πολιτιανοῦ καὶ τῶν φίλων* fol. 65—72 inscriptus *λιβανίου σοφιστοῦ ἐπιστολιμαῖοι χαρακτῆρες*, qui in reliquis quidem cum *Pa* et Ambrosiano facit, sed exemplum *ὀνειδιστικῆς* (64) servavit et *παραμυθητικῆς* (73) inseruit, ut Hinckius l. l. p. 544 exposuit, qui eum littera K insignivit. Cuius copiis usus est Weichertus, qui litteris *La* eum insignivit.

Alterius familiae codicum proprium est, quod eadem exempla *παραθαρρυντικῆς* pro *παραμυθητικῇ* (72) et *μικτῆς* (92) exhibent, quae prioris familiae codices, sed et exemplum genuinum *μικτῆς* et illa 18 nova exempla *συμβουλευτικῆς—φυγαδευτικῆς* (n. 42—59 Weich.) omittunt.

Inter huius quidem familiae codices eminet integritate

422 10. Berolinensis gr. 308 (qu. 9) (= B) chart. formae quart. sc. XV miscell., olim Christiani Ravii[1]), fol. 67^r—73^v *λιβανίου σοφιστοῦ ἐπιστολιμαῖοι χαρακτῆρες*. Litterae initiales rubricatae sunt. In fine *ΤΕΛΟΣ* legitur. Collatus est a Weicherto (p. XLIV) et a me, qui eum littera *B* insignivimus.

Cum Berolinensi facit codex

423 11. Parisinus Suppl. 165 chart. formae oct. sc. XV/XVI, olim Oratorii Parisini, fol. 120 inscriptus *λιβανίου σοφιστοῦ ἐπιστολιμαῖοι χαρακτῆρες* et subscriptus fol. 141 *τέλος τῶν ἐπιστολιμαίων χαρακτήρων τῷ θεῷ τῷ ἁγίῳ χάρις*. Inspexi.

424 12. Wolfenbuttelanus 3132 Augusteus olim 18. 1 Ms. chart. formae oct. sc. XVI exaratus in occidente ab Adolpho Occone[2]) teste inscriptione fol. 67^v *ἔγραψεν Ἄδολφος ὄκων*

---

1) Christ. Ravius, Spolium Orientis sive Catalogus manuscriptorum orientalium Kiloniae 1669 centuria IV n. 4—8: *Libanius de epistolico charactere.* Boysen, Philol. XLII 292. C. de Boor, Verzeichnis der Griechischen Handschriften der Königl. Bibl. zu Berlin II 169.

2) Parum recte Vogel et Gardthausen p. 8 de pluribus codicibus Wolfenbuttelanis ab Occone exaratis cogitaverunt. Agitur

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT
https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized
Digitized by Google
Original from PENN STATE

ὁ ἐκ τῆς φρυσίας/ τῶν τεχνῶν καὶ τῆς ἰατρικῆς/ διδάσκαλος ἢ σοφιστής: Δόξα πανταγαδότη/ θεῷ fol. 98—101^{r} inscriptus *λιβανίου σοφιστοῦ ἐπιστολιμαῖοι χαρακτῆρες*. Collatus est a Weicherto, qui eum littera *W* insignitum p. XLIV in apparatum recepit. Ipse examinavi, sed cum fere cum Berolinensi congruat et ubi discedit, peccet — scatet enim vitiis a librario Occone linguae graecae parum gnaro commissis—, ab apparatu critico removi.

13. Vaticanus gr. 82[1]) bomb. formae oct. mai. sc. XIV continet fol. 190—192 libellum titulo privum, sed medium inter Libaniana. Adhibitus, sed in apparatum non receptus est ab Hinckio, qui eum p. 545 nota 17 descripsit. Weichertus eum litteris *Vt* insignivit p. XLIV.

14. Parisinus gr. 1389 chart. formae quart. sc. XV 425
miscell. fol. 351—354 inscriptus *λιβανίου σοφιστοῦ ἐπιστολιμαῖοι χαρακτῆρες*. Sequuntur *τύποι ἐπιστολικοί*. Contulit Weichertus, qui eum littera *P* insignivit p. XLV. Inspexi.

15. Vaticanus Palatinus gr. 358 chart. formae oct. 426
sc. XV exeunt. fol. 224^{v}—228^{r} omisit prorsus exemplum *μετριαστικῆς* 87, quod in *BW* Vaticano 82 Parisino 1389 mutilatum est *ταπεινὸς εἶναι καὶ ἄσημος ἐξ ἀσήμων καὶ ἀπαίδευτος*. Weichertus eum litteris *Pal* insignivit p. XLIV

16. Hierosolymitanus bibliothecae patriarchalis 427
217[2]) chart. formae oct. sc. XVII fol. 141—151^{v} inscriptus *λιβανίου σοφιστοῦ ἐπιστολιμαῖοι χαρακτῆρες*. Inspexi.

Eiusdem generis fuisse videtur codex

17. Constantinopolitanus S. Sepulcri 74, antea 619, 428
chart. a. 1720 a Parthenio Macario exaratus fol. 1 inscriptus *λιβανίου σοφιστοῦ ἐπιστολιμαῖοι χαρακτῆρες*, quem descripsit Papadopulus Kerameus[3]), ipse inter codices illius bibliothecae a. 1896 frustra quaesivi[4]).

---

de hoc uno codice miscellaneo opuscula diversorum auctorum, sub quorum nomine Ebertus, Bibl. Guelf. Codd. Lipsiae 1827 sparsim codicem citavit, complexo.

1) Cf. t. I 48 n. 10. Proleg. sub n. 6 et 194.

2) Papadopulus Kerameus, Catal. codd. Hieros. t. I p. 298.

3) L. l. t. IV p. 87.

4) De fol 92^{r} cf. Proleg. sub n. 291.

Digitized by Google
Original from PENN STATE
Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT / https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized

Parum integri sunt codices:

429 18. Parisinus gr. 2489 (prius numero 3369 insignitus) chart. formae quart. mai. Mazarinaeus teste inscriptione fol. 13: *ex Bibliothecâ Eminentissimi Cardinalis Mazarini* sc. XVI fol. 42 inscriptus *λιβανίου σοφιστοῦ ἐπιστολιμαῖοι χαρακτῆρες*, sed iam fol. 46^{v} in verba desinit *μὴ νόμιζε τῶν συμβάν* (p. 43, 3). Weichertus, qui eum litteris *Pa* insignivit p. XLV, tabulis phototypicis usus in apparatum recepit. Inspexi, sed ab hoc exclusi, quoniam neque plenus est neque fide lectionum excellit.

430 19. Parisinus gr. 3044[1]) non 3054, ut est apud Weich. p. XLV, chart. formae oct. mai. sc. XV exeunt., olim Colbertinus 4923, Regius 3288, a Manuele Atramytteno[2]) exaratus teste subscriptione fol. 78 *μανουὴλ ὁ ἀτραμυττινὸς ἔγραψε*. Fol. 1 incipit spatio titulo et litteris initialibus relicto verbis *μὲν ἐπιστολιμαῖος χαρακτὴρ*, sed iam fol. 3^{v} desinit in verba *κατόπιν αὐτῶν βαίνειν*: (p. 36, 1) quibus succedunt †*ἔρρωσο καὶ κέχαρσο καὶ μέμνησό μου*: Weichertus, qui eum litteris *Pb* insignivit p. XLV, tabulis phototypicis usus in apparatum criticum recepit. Inspexi, sed ab hoc ob eandem quam modo dixi causam exclusi. De fol. 15 sqq. cf. Proleg. sub n. 407.

431 20. Vaticanus gr. 753 membr. formae folii min. sc. XII fol. 320 inscriptus *λιβανίου σοφιστοῦ ἐπιστολιμαῖοι χαρακτῆρες*, sed statim incipit a verbis *εἰσὶ δὲ αἱ προταγεῖσαι ἐπιστολαὶ αὗται*, in libello ipso sequentibus ea, quibus Parisinus 3044 desinit *κατόπιν αὐτῶν βαίνειν* (p. 36, 1) neque aliud continet nisi exempla 52—62, 70, 73—78, quibus succedunt tria spuria *Τοῖς μὲν ἐρέταις*, *Τὰ μὲν ἡμέτερα*, *Ὑπηνεμωμένους* publici iuris facta ab Hinckio p. 538, qui codicem littera *D* insignitum adhibuit. Lectiones ab hoc prolatas in apparatum recepit litteris *Va* usus Weichertus p. XLV, ego exclusi, cum ne eae quidem tres, quas Hinckius censuit, pro genuinis habendae sint.

Item fragmentum tantum exhibet codex

---

1) Proleg. sub n. 407. 2) Vogel-Gardthausen 116.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT
https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized

Digitized by Google
Original from PENN STATE

21. Ambrosianus H 22 sup. (426 in catal. Martinii et 432
Bassii) chart. sc. XV fol. 45—47^{v}, qui incipit verbis *ὅσιον γάρ ἐστι* (p. 37, 9) et desinit verbis *λέξον ἐξ ἐμοῦ τῷδε τάδε* (p. 46, 3), sed verborum tenorem creberrime et gravissime mutavit, velut *ἐστι* praebet pro *ὑπάρχει* et *ἀπόντων δὲ μνημονεύειν* pro *ἀπόντας δὲ καὶ προσερεῖν* p. 37, 10, *ὀδυρόμεθα* pro *ὀδυρόμενοι φαινόμεθα* p. 31, 12, *πρεσβεύομεν τινὶ διά τι* pro *πρεσβεύομεν περί τινος* p. 31, 13, *ἀναθέμεθα τὴν ἡμῶν γνώμην τινὶ τῶν φίλων συμβουλῆς ἕνεκεν* pro *τὴν ἑαυτῶν γνώμην ἀνατιθέμεθά τινι τῶν φίλων συμβουλῆς τῆς παρ' αὐτοῦ δεόμενοι* p. 32, 11, *δι' ἧς ταπινοφρον⟨ο⟩ῦμεν* pro *μετριάζομέν τι καὶ ταπεινοφρονοῦμεν* p. 32, 15. De eo ab Achille Ratti certior factus rettulit Weichertus p. LIV, sed iure ab apparatu critico exclusit.

Non plenam, sed epitomatam forman Libanianam exhibet codex

22. Oxoniensis Bodleianus Miscellaneus 242[1]) 433
(Auct. T. 4. 4) olim Saibantianus chart. sc. XVI fol. 75 inscriptam *λιβανίου σοφιστοῦ ἐπιστολιμαῖοι χαρακτῆρες*. Nam statim incipit a verbis *Οἱ χαρακτῆρες τῶν ἐπιστολῶν εἰσὶν μὲν αὗται*, quae sunt mutata ex § 4 init. (p. 28, 4). *παραινετική. μεμπτική — ἐρωτικὴ καὶ μικτή* (p. 28, 5—17). Sequuntur definitiones singulorum generum epistularum § 5 —45. Sed desunt exempla excepto spurio *μικτῆς*, quod in fine fol. 80 legitur, *ἡ μὲν διαγωγὴ — τῶν καταθυμίων ἐπαπολαύων* (p. 46, 14 not.). Probare igitur non possum, quo iure Weichertus p. LIII auctorem codicis recensionem Proclianam titulo Libanianae instruxisse et e duabus diversis recensionibus unam effecisse contendat.

Decurtatam formam Libanianam exhibet codex

23. Parsinus gr. 1760[2]) chart. formae oct. sc. XV exeunt. 434
manu Michaelis Suliardi exaratus teste inscriptione folii 267^{v} *δόξα σοι ὁ θεὸς ἡ ἁγία τριὰς καὶ μονάς: μιχαὴλ σουλιάρδος*, olim Colbertinus 4958, tum Regius 3399. Nam libellus, qui foliis 273—275 continetur, inscriptus quidem est

1) Proleg. sub n. 290 et 327. 2) Proleg. sub n. 144.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT / Public Domain in the United States, Google-digitized
https://hdl.handle.net/2027/pst.000007610933
Digitized by Google
Original from PENN STATE

manu prima *ἐπιστολαὶ λιβανίου σοφιστοῦ διάφοροι*: et secunda *ἐπιστολιμαῖοι χαρακτῆρες λιβανίου σοφιστοῦ*, *καὶ κιέστορος ἰουλιανοῦ τοῦ παραβάτου*, sed nihil nisi exempla continet neque ea ordine textuque genuino servato, sed passim mutato. Enumerata sunt a Weicherto p. LV.

Quin etiam in fine exemplum additum est spurium *συμβουλευτική*. *Σπεῦσον πάσῃ ψυχῇ καὶ παντὶ σθένει χρήσασθαι φυγῆς* (scrib *φυγῇ*)· *πολλοὶ γὰρ ἀφικνοῦνται πρὸς σὲ συλλαβεῖν σε βουλόμενοι καὶ πολλοῖς περιβαλεῖν τοῖς δεινοῖς σκοπὸν ἔχοντες ἐκποδῶν* (sic) *σε τοῦ βίου ποιήσασθαι*: (= *φυγαδευτική* p. 36, 23—26 Weich.). Sed etiam reliqua valde sunt interpolata. Non igitur est, cur apparatus criticus lectionibus codicis a Weicherto litteris *Pd* (perperam p. LV *Pa*) insigniti receptis oneretur. Et codicem et tabulas phototypicas Weicherti examinavi.

Similiter interpolatus est codex

435 24. Harleianus Musei Britannici 5566 in charta levigata formae oct. sc. XIV exeunt. vel XV ineunt. exaratus, olim Bernardi Mould, qui eum Smyrnae a. 1724 comparavit testibus inscriptionibus folii praefixi *Bernard Mould Smyrna 1724* et fol. 28 *die Iulij A. B. 1725*. Inscriptus est fol. 222 *λιβανίου σοφιστοῦ ἐπιστολιμαῖοι χαρακτῆρες* et incipit *ὁ ἐπισταλτικὸς χαρακτὴρ ποικίλος τὲ καὶ πολυσχεδὴς τυγχάνει*. Non solum ordinem epistularum mutavit —nam *ἐπιτιμητικήν*, *ἐπαινετικήν*, *ἐγκωμιαστικήν*, *διδασκαλικήν*, *ἐλεγκτικήν*, *διαβλητικήν* post *μικτήν* posuit et in definitionibus nonnulla addidit velut *εὐτελίζοντες ἑαυτούς* post *ταπεινοφρονοῦμεν* in definitione *μετριαστικῆς* — sed etiam exempla spuria subicit ut in fine (fol. 234) *διαβλητικῆς* exemplum *φυλάττου τὸν φαυλότατον* (= 74 p. 49, 1 Weich.), cuius ultimis verbis *δολεροῖς ἐμπέσῃς δικτύοις*, *τοῦτό σοι ἀνεθέμεθα* libellus desinit. Scriptura partis interioris foliorum aqua marina fere evanuit. Examinavi.

II.

Iam ut alterum genus codicum adeamus, cuius propria est inscriptio *Πρόκλου τοῦ Πλατωνικοῦ περὶ ἐπιστολιμαίου χαρα-*

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized

Digitized by Google Original from PENN STATE

κτῆρος, auctor definitiones quidem singulorum generum succedere iussit parti generali (§ 46—51), sed ita ut praemissis vocibus *ἡ ἐπιστολή* exempla statim pedisequa haberent. Textum ipsum paucis locis mutavit.

Horum autem codicum archetypus tres egit propagines, quarum prima codice Ambrosiano, secunda Darmstadiensi, tertia codice hodie deperdito continetur, e quo reliqui fluxerunt.

25. Ambrosianus B 4 sup.[1]) (81 in catal. Martinii et 436
Bassii) (= A), olim T 4, membr. formae duod. sc. X, olim Io. Vincentii Pinelli teste inscriptione folii praefixi '*Epistolae diversorum ex lib. Io: Vincentii Pinelli*'. Prior pars codicis (fol. 1—7) periit et manu sc. XV linguae Graecae parum gnara suppleta est e codice recensionis Libanianae *B* et scatet vitiis. Fol. 1 inscriptum est *ΛΙΒΑΝΓ^{ου} σοφιστοῦ ἐπιστοΛΙΜΑΓ̃^{οι} ΧαΡαΚΤΗ̃ΡΕς πάΝΥ ΧΡΗΣΙΜΌ^{τατοι}*. Exemplum § 73 *ὑβριστικῆς* distractum est in duo: *κβ εἰ κάλλος ἦσθα* (sic), *πολλοὺς ἂν εἶχες φίλους* et *κγ ἄλλως· Εἰκότως σε φεύγειν ἀεί*, quibus vocibus desinit totum. Pars antiqua incipit cum fol. 8 verbis *ἀπαγγελτικὴ δέ ἐστιν* (§ 27) et desinit fol. 10^{v} verbis (§ 92) *φιλοσόφοις οὐχ ἁρμόζει*. Contuli hanc partem a. 1895. Item Weichertus huius tantum partis codicis littera *A* insigniti p. IL tabulas phototypicas adhibuit.

Sequuntur fol. 10^{v} Demetrii *ἐπιστολικοὶ τύποι* (= p. 1—12 Weich.), fol. 19^{r} Phalaridis, 19^{v} Isidori Pelus., 59^{r} Firmi episcopi Caesareensis, 56^{r} Theophylacti Simocattae epistulae. De fol. 107 sqq. cf. Proleg. sub n. 185.

26. Darmstadiensis 2773[2]) miscell. bomb. sc. XIV exeunt. vel XV ineunt. (= D) fol. 300^{r}—300^{v} inscriptione privus, a. 1810 Parisiis a Bastio emptus. Cum peccatis tum duabus lacunis maioribus laborat. Sub initium manu secunda correctus est. Collatus est a Croenerto et a Carolo Denig,

---

1) Proleg. sub n. 185.

2) Codex idem excerpta Libaniana continet, quae litteris *Darm* insignita adhibui. Cf. t. II 118. Proleg. sub n. 258.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT / Public Domain in the United States, Google-digitized
https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093
Digitized by Google
Original from PENN STATE

sed ab hoc parum accurate, qui lectiones ab Hercheriana editione discrepantes protulit in programmate gymnasii Moguntiacensis 1899 inscripto: Mitteilungen aus dem griechischen Miscellancodex 2773 der Großherzoglichen Hofbibliothek zu Darmstadt p. 16 et 17, quibus Weichertus p. L usus est. Contuli.

Eiusdem classis est codex

437 27. Cantabrigiensis bibliothecae universitatis Kk. VI 23 chart. formae quart. min. sc. XV exeunt. exaratus, ut creditur[1]), a Georgio Hermonymo Spartano, olim I. B. Altini, deinde Ioannis Mori Episcopi Norvicensis, a. 1715 a rege Georgio bibliothecae universitatis Cantabrigiensis donatus. Libellus inscriptus *περὶ ἐπισταλτικοῦ χαρακτῆρος* continetur ultimis codicis foliis 48—67, quae efficiunt quaterniones tres ($\widetilde{\alpha^{ov}}$ fol. 8; $\widetilde{\beta^{ov}}$ fol. 9 et 16; $\widetilde{\gamma^{ov}}$ fol. 17). Incipit *ὁ μὲν ἐπισταλτικὸς*, desinit *καὶ τῶν καταθυμίων ἀπολαύων*. Examinavi.

Eidem denique classi tribuendus videtur codex

438 28. Havniensis bibliothecae regiae qu. 212b[2]), chart. exaratus a. 1496 ab Ioanne Trithemio testibus inscriptionibus fol. 14^{r} *τέλος ἔτει τῷ ἀπὸ τῆς χριστοῦ σωτῆρος ἡμῶν γεννήσεως χιλιοστῷ τετρακοσιοςῷ ἐννεακοστῷ ἕκτόῳ* (sic) *μηνὸς φεβρουαρίου ια̅· ἐγὼ μὲν γὰρ Ἰωάννης ὁ Τριθημίος τοῦ μοναστηρίου τούτου ἐν Σπανὴμ ἀββὰ γέγραφα εἰς τὴν ἐμοῦ χρῆσιν καὶ τῶν ἐμῶν ἀδελφῶν* et fol. 16^{r} *Abbas anno 1496 Io. Tritemios scripsi.* Fol. 1^{v} inscriptus est *περὶ ἐπισταλτικοῦ χαρα-*

---

1) M. Vogel-Gardthausen 74.

2) Ada Adler, Catalogue supplémentaire des Manuscrits grecs de la Bibl. royale de Copenhague, Kgl. Danske Vidensk. Selsk. Skrifter. 7. R. hist. og filos. åfd. II 5, Kopenhagen 1916 (= Mém. de l'Acad. des Sciences VII sér. (Lettres) t. 2 n. 5 p. 313) p. 13. Hic codex Ioannis Trithemii Abbatis Spanhemensis numerum 17 gerit in indice Graecorum voluminum edito in Paralipomenis opusculorum Petri Blesensis et Ioannis Trithemii a Ioanne Busaeo Coloniae Agrippinae 1624 p. 787: *Codex minoris formae scriptus in papyro, in quo subiecta continentur. li. 1 De generibus epistolarum, Item epistolae formatae, num. 37, quarum interpretatio Latina de verbo ad verbum est e regione apposita* etc.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT / https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized
Digitized by Google
Original from PENN STATE

κτῆρος. Desinit fol. 13ᵛ verbis § 92 *οὐχ ἁρμόζει*. Sed a fol. 16ʳ sequuntur inscripta: de epistolis componendis et dictandis *παραδείγματα τῶν ἐπιστολῶν* editionis Hartungianae inde a *χαλεπῶς φέρω* — Graviter quidem fero usque ad *λζʹ Περιττὸν μὲν ἡγοῦμαι* — Supervacaneum opinor, quod desinit fol. 77ᵛ et 78ʳ verbis *ὅπερ σὺ πράξων εἴης διὰ σαυτὸν, ἔρρωσο* — quod du facturus es propter ipsum.

Non quidem libellum *περὶ ἐπισταλτικοῦ χαρακτῆρος*, sed praeter Aesopi vitam fabulasque (fol. 3—15 et 20—24) e Trithemiano descripta exhibet exempla illa 34 codex

29. Caroliruhensis 507, olim Christiani Ioachimi Halleri de Hallerstein, deinde Durlacensis 36r exaratus a Wilibaldo Pirckhaimero a. 1501 testibus inscriptione involucri membranacei *Aesopus Graecus Scriptus per Honorandum / Virum Wilibaldum Pirckhamerum / De Norinberga 1512 WP* et subscriptione folii ultimi (87ᵛ): *15 τέλος 01*[1]). Concinunt exempla cum Hartungianis, sed tria (*γʹ Ἀκούω σε, ηʹ Τὴν μόνην, ιηʹ Σπεύδετε τοῖς*) omissa sunt et *γραωδες μεν εστιν* ut 17 inter *προτερον γε* et *ιδου ο δεκτος χρόνος* interpositum est. Versio latina inter lineas rubricata est. Mea gratia inspexit Carolus Preisendanz. 439

Tertiae propaginis sunt codices

30. Parisinus gr. 1630, prius numeris 1998, 2216, 3502 insignitus (= P) formae duod. in charta levigata sc. XIV exaratus Francisco I regi Gallorum ab Antonio Eparcho donatus teste inscriptione fol. 8ᵛ *κτῆμα ἀντωνίου τοῦ ἐπάρχου*[2]), ὃ *δέδωκε τῷ κραταιῷ βασιλεῖ κελτῶν* fol. 166ᵛ—170 rubricatus *πρόκλου τοῦ πλατωνικοῦ περὶ ἐπιστολιμαίου χαρακτῆρος*. Descriptus est a Duebnero in usum Westermanni, qui eum littera *P* insignitum adhibuit. Cuius apparatu Weichertus, qui eum litteris *Px* insignivit p. IL, egoque usi sumus. Hinckius 440

1) Holder, Die Karlsruher Handschriften p. 94. Hausrath, Unters. zur Überlief. der aesop. Fabeln (N. Jahrb. f. klass. Phil. Suppl. XXI) 287.

2) Steph. le Moyne Varia Sacrorum t. I (Lugd. Bat. 1684) 571 μ̃· *Πρόκλου τοῦ Πλατωνικοῦ περὶ ἐπιστολιμαίου χαρακτῆρος*.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized
Digitized by Google Original from PENN STATE

e parte tantum codicem usurpavit littera *X* insignitum p. 545. Partem opusculi ex eo descriptum Boissonadius, Philostr. epist. Parisiis et Lipsiae 1842, 52 sq. edidit. Ipse inspexi.

Cum hoc ita conspirat, ut ex eo descriptus esse videatur

441 31. Parisinus gr. 2551, prius numeris 1587, 1727, 3233 insignitus, chart. formae quart. miscell. sc. XV fol. 119—123 rubricatus *πρόκλου τοῦ πλατωνικοῦ περὶ ἐπιστολιμαίου χαρακτῆρος* ab Hinckio p. 545 littera *Y* insignitus sed e parte tantum adhibitus est, cuius copiis usi sumus Weichertus, qui eum litteris *Py* insignivit p. L, egoque, qui codicem inspexi, sed ab apparatu exclusi.

Ex hoc descriptus est, quippe qui etiam in antecedentibus p. 117 et 118 concinat, codex

32. Oxoniensis Bodleianus Miscellaneus 104[1]) sc. XV/XVI p. 144—153 inscriptus *πρόκλου τοῦ πλατωνικοῦ περὶ ἐπιστολιμαίου χαρακτῆρος*. Quem Weichertus Rabii schedis usus litteris *Ox* insignivit p. L, sed iure ab apparatu removit. Inspexi.

Cum *P* quidem artissime cognatus, sed e codice familiae *PaB* correctus est codex

442 33. Vindobonensis philos. et philol. 149[2]) chart. formae quart. sc. XV miscell. ab Augerio Busbeckio Constantinopoli comparatus fol. 169 collatus a Vahleno in usum Hinckii, qui eum littera *V* insignitum p. 545 e parte tantum adhibuit. Cuius copiis usi sumus Weichertus, qui codicem litteris *Vin* insignivit p. L, egoque, qui eum ab apparatu exclusi.

Contra ex eodem quo *P* fluxit codice

443 34. Palatinus Heidelbergensis 43 (= H) bomb. sc. XIV fol. 34^{v}, 35^{rv}, 37^{rv} inscriptus *πρόκλου τοῦ πλατωνικοῦ περὶ ἐπιστολιμαίου χαρακτῆρος* a Kaysero in usum Westermanni collatus, qui eum littera *H* insignivit. Cuius apparatu Weichertus p. L egoque usi sumus. Hinckius codicem, quem

1) Cf. t. VIII 362 n. 289.
2) Nessel, Catal. codd. Bibl. Caesar. pars IV p. 83.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT https://hdl.handle.net/2027/pst.000007761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized

Digitized by Google Original from PENN STATE

olim (p. 550 not. 25) in reditu Parisiis Romam facto intercidisse opinatus erat, quamquam verum iam apud Wilkenum, Geschichte der Heidelberger Büchersammlung p. 276 reperire potuit, postea ipse Heidelbergae meum in usum inspexit.

Parum integer est codex

35. **Parisinus** gr. 1749, olim Regius 3339$_4$ chart. formae 444
quart. sc. XVII fol. 24 inscriptus *Πρόκλου τοῦ πλατωνικοῦ περὶ ἐπιστολιμαίου χαρακτῆρος*, qui iam media in linea folii sequentis 25 desinit verbis § 51 *οἰκείαν ἁρμόσας προσηγορίαν*. Proxime a Parisinis 1630 (= P) et 2551 (supra num. 30 et 31) stat. Usus est codice Hinckius, qui eum littera *Z* insignivit p. 545, sed ab apparatu exclusit. Quem secutus est Weichertus, qui eum litteris *Pz* insignivit p. L. Ipse inspexi.

Singularem efficiunt classem codices, qui exempla eaque non solum genuina, sed etiam spuria[1]) anteponunt parti quartae id est praeceptis § 46 *αὗται μὲν οὖν* — 51 *κατόπιν αὐτῶν βαίνειν*. Cuius sunt

36. **Laurentianus** LV 7 chart. formae quart. min. sc. 445
XV litteris nitidis, sed valde minutis exaratus, inscriptus fol. 321^v *περὶ ἐπιστολιμαίου χαρακτῆρος πρόκλου σοφιστοῦ*. Desinit fol. 324^r. Codicem littera *L* insignitum Hinckius et Weichertus p. LVIII, qui tabulis phototypicis usus est, adhibuerunt. Nihil bonae frugis praebet. Nam in universum cum *PH* facit, ubi ab his recedit, fere peccat. Imprimis multa vocabula omisit. Praeterea vim codicis *Pb* expertus est. Itaque eum ab apparatu critico exclusi.

Cum hoc ita concinit, ut ex eo descriptus esse videatur, codex

37. **Bodleianus Baroccianus** gr. 125 chart. formae 446
folii min. sc. XVI exaratus manu **Nicolai Malaxi**, si fides habenda inscriptioni fol. 239^v *χεὶρ νικολάου μαλαξοῦ πρωτοπαπᾶ ναυπλοίου ταύτην τὴν βίβλον ἔγραψε*[2]) fol. 147—

---

1) Weich. p. LX.

2) At haec manus ab ea, qua codex exaratus est, differt septemque paginae vacuae inter fol. 239^v et partem antecedentem intermissae sunt.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT / https://hdl.handle.net/2027/pst.000007761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized

Digitized by Google Original from PENN STATE

156 inscriptus *Πρόκλου σοφιστοῦ περὶ ἐπιστολιμαίου χαρακτῆρος*. Weichertus p. LVIII Rabii schedis usus eum litteris *Ba* insignivit. Ipse inspexi.

Item cum Laurentiano LV 7 concinit codex

447 38. Parisinus gr. 2671 olim 3511 chart. formae duod. sc. XV nitidissime exaratus fol. 398^{v} rubricatus *περὶ ἐπι-* *ὁ ἐπισταλτικὸς* *στολιμαίων χαρακτήρων*[1]). Incipit *Ὁ ἐπιστολιμαῖος χαρακτὴρ* *πολυσχιδὴς* *ποικίλος τε καὶ πολυειδὴς ὑπάρχει.* Desinit fol. 418. Antecedunt inde a fol. 347 epistulae eaedem fere quae in Vaticano 306 editae a Weicherto p. 37 sq., qui codicem litteris *Pr* insignivit p. LVIII[2]), quarum prima *παραινετικὴ* rubricata *Τῶν πανταχόσε διαφημιζομένων σπουδαίων ἀνδρῶν*, ultima *μικτή· τῶ μεγαλοπρεπεστάτω καὶ πανευγενεστάτω αὐθέντη ἐξ ἐμοῦ τῶ λογοθέτη καὶ πανοικιοτάτῳ τοῦ κραταιοῦ καὶ αὐθέντου μου ἁγίου τοῦ βασιλέως. τὴν παροῦσαν δεητήριον γραφὴν τολμηρῶς ὁ δοῦλος σου πέπομφα τὴν παρ' ἐμοῦ σοι χρεωστουμένην δουλικὴν προσκύνησιν*, des. *ἐπὶ σοὶ μετὰ θεὸν τὰ τῆς ἐλπίδος μοι ἐπερρίφθησαν* (fol. 368) et *ὅπως ὁ πατριάρχης κωνσταντινουπόλεως γράφει τῶ πάπα ῥώμης κτλ.* (fol. 387^{v})[3]) et *εἰσὶ δὲ πᾶσαι — μικτή* (= § 4), quae pars in libello ipso deest, et succedunt inde a folio 418 tractatus *περὶ μεθόδου ἐπιστολῶν* et inde a folio 421 epistulae duae consolatoriae *θνητοὶ καὶ ἀπὸ θνητῶν* et *τὰ σκυθρωπὰ* Pseudolibanianae (= ep. 1550 et 1551 = Weich. p. 40, 19—42, 12), de quibus cf. Proleg. n. 279. Inspexi.

1) Manu recentiore suprascriptum est *λιβανίου*.

2) Eadem collectio epistularum inscripta *χαρακτῆρες ἐπιστολῶν διάφοροι* extat in Bodleiano miscellaneo gr. 309 sc. XV fol. 219, de quo cf. Weichertum p. LXII, Parisino Suppl. 525 sc. XV fol. 93^{v} aliisque codicibus quos recensuit H. Rabe, Mus. Rhen. LXIV 208. Quibus addendus est codex

448 39. Parisinus gr. 2782 A chart. sc. XVI, qui fol. 215^{r}—237^{r} tractatum continet de modo epistulas scribendi inscriptum *ἐπιστολαὶ τεχνικαὶ* revera e Pseudolibaniano refictum, sed auctum epistulis. De quo vide Weichert. p. LXIII sq.

3) Haec pars etiam in codice Harleiano 5624 chart. sc. XV fol. 191 extat inscripta *ἐπιστολαί· πῶς δεῖ γράφειν πρὸς μεγίστους*.

Cum Paris. 2671 quidem facit, sed partem tantum continet codex

40. Bodleianus Baroccianus gr. 9[1]) chart. formae 449
duod. sc. XV miscell., qui fol. 7ᵛ nulla inscriptione incipit *Πᾶσαι οὖν αἱ ἐπιστολαὶ ἃς ὁ ἐπιστολιμαῖος χαρακτὴρ ὑποβάλλεταί εἰσιν αὗται* (§ 4) et definitiones epistularum eodem fere ordine atque Parisinus praebet, sed iam fol. 8ᵛ desinit. Cf. Weichert. p. LIX.

Deinde in hanc classem refertur a Weicherto p. LIX codex

41. Bodleianus Baroccianus gr. 216[2]) chart. formae 450
quart. sc. XV miscell. fol. 333; sed nihil nisi exempla atque haec e parte spuria continet. Cf. H. Rabe, Mus. Rhen. LXIV 302 sq.

A quo proxime stat codex

42. Hierosolymitanus bibliothecae patriarchalis 451
S. Sepulcri 370[3]) chart. formae oct. sc. XV item nihil nisi exempla praebens. Incipit fol. 437 verbis *αὐτῶν εὐπραξίας*, quae sunt *εὐχαριστικῆς* p. 59, 7 Weich. Sequuntur *ϛ´ φιλική· Οἷον τῷ πρὸς σὲ φίλτρῳ, ζ´ εὐκτικὴ· οἷον εἴθε μοι τὸ θεῖον, η´ ἀπειλητικὴ· οἷον εὖξαι παντὶ σθένει, ιθ´ παραμυθητική· οἷον ἀκούσας περὶ τῆς συμβεβηκυίας*[4]), cuius finis in folio 433 culpa bibliopegi transposito legitur *καὶ πάσης λύπης ἀνώτερον* simul cum *κ´ ὑβριστική· οἷον εἰ καλὸς ἦσθα* et sequentibus usque ad *λη´ ἐπιτιμητική· αἰδέσθητι λοιπὸν ἐφ' οἷς*. Inspexi.

III.

Nonnulli codices formam e Libaniana et Procliana recensione mixtam exhibent. E quo genere est codex

43. Vaticanus gr. 306 bomb. formae folii min. sc. XIV. 452
Inscriptus quidem est fol. 75ᵛ *πρόκλου περὶ ἐπιστολιμαίου χαρακτῆρος* et in nonnullis, velut in epistula 92 *μικτῇ* cum codice huius recensionis *D* prorsus concinit, id quod latuit Hinckium p. 551, sed cum in pluribus lectionibus cum *VU*

---

1) Prol. sub n. 168. 2) Prol sub. n. 243 et 418.
3) Prol. sub n. 133.
4) Cf. *συμπαθητικὴν* codicis Barocc. 216 *ιδ´* apud Weich. p. LX.

codicibus Libanianis facit tum ordinem eorum servavit teste eodem Hinckio, qui eum littera *I* insignitum in lucem protraxit. Sed non solum etiam proprias in libello exhibet lectiones, sed etiam post *μικτὴν* inde a folio 77 usque ad 88 magnum numerum exemplorum spuriorum subiunxit, quae Weichertus ex eo litteris *Vat* insignito p. LVI edidit p. 37 —66 usus tabulis phototypicis. Quas mihi quoque inspicere licuit. Hinckius et hunc secutus Weichertus tantum in epistulis ipsis lectiones eius protulerunt, sed in his quoque sine ullo detrimento praetermittuntur. De fol. 80 cf. Proleg. sub n. 281.

Ex eodem fonte manavit codex

453 44. Vaticanus gr. 1733 chart. formae oct. miscell. sc. XV exeunt. fol. 202^{v} aeque atque ille inscriptus *πρόκλου περὶ ἐπιστολιμαίου χαρακτῆρος*, sed iam fol. 214 *Ἐρωτική* verbis *ἐντρυφᾶν διαιτήμασιν* (= 53, 10 W.) desinit. Quem Weichertus Rabii schedis usus litteris *Vb* insignitum p. LVI in apparatum recepit nullo fructu. Inspexi.

454 45. Marcianus gr. 521 chart. formae quart. sc. XIV, qui fol. 102^{r} incipit verbis § 49 *μιμούμενος. ὥσπερ γὰρ* (= p. 34,8) et fol. 103^{r}—105^{v} exempla spuria inscripta *ἕτεραι ἐπιστολαὶ ὅμοιαι* subicit inde ab *ἐπαινετικῇ· οἱ τὰς ἀρετὰς* (p. 37, 1 Weich.) usque ad *παραγγελτικὴν ἢ ἐπιφωνηματικήν· τῶν ἡμετέρων πολλάκις* (p. 60, 21 W.). Mea causa examinavit Ioannes Veludo. Weichertus litteris *Ma* codicem insignivit p. LVI.

Cum Vaticano 306 arte cognati sunt codices parum integri:

455 46. Laurentianus LIX 5 membr. formae quart. mai. sc. XV, sed initio caret. Nam fol. 106^{v} incipit verbis *λοιδορίαις σοι χραίνειν*, quae sunt *παροξυντικῆς* (p. 43, 9 Weich.). Sequitur *παραμυθητική: τὰ σκυθρωπὰ* (p. 41, 19) et ultima est fol. 110^{r} *ἀμοιβαία* quae incipit *Ὡς ἀληθῶς οὐδὲν τῆς ἀγάπης* et desinit *καὶ ἡμῶν ὑπερευχόμενος* (= 87 p. 54, 21—55, 13 Weich.). In lucem protraxit Hinckius p. 542. Exempla spuria ex eo littera *F* insignito p. LVI edidit Weichertus p. 43—55 tabulis phototypicis usus. Cf. Proleg. sub n. 282.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT
https://hdl.handle.net/2027/pst.000007761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized

Digitized by Google
Original from PENN STATE

Nihil nisi haec exempla spuria e codice huius generis descripta exhibet

47. Palatinus Heidelbergensis gr. 356[1]) sc. XIV ineunt. fol. 52^{r} inscripta *ἐπιστολαὶ διάφοροι.* Prima epistula est *οἱ ἀρετὰς μετιέναι* (= p. 37, 1 W.); post *ἀμοιβαίαν*: *ὡς ἀληθῶς οὐδὲν* (87 p. 54, 21 W.) extant fol. 55 *εὐστόμισ* ... *γράψας καὶ λίαν ἐπιτυχῶς*, fol. 56^{r} *ἑτέρα*: *ὁ τῶν παρόντων μοι τούτων* et *τῇ καλῇ ταύτῃ καὶ χαριεστάτῃ*, fol. 56^{v} *ἐδεξάμην τὴν καλὴν* et *τῆς θεοφιλείας σου* des. *ἀμέλει.* Inspexi. E meis schedis de codice rettulit Weichertus p. LXXV.

Alius generis, sed et ipse inter codices mixtae recensionis referendus est codex

48. Vaticanus gr. 942 chart. formae oct. sc. XVI[2]), 456
5 *ἐπιστολὴ σχετλιαστική U* *ὦ* oblit *V* om in lac *Pa* *ὢ D* Har *κακῶν ἡμῖν PH* Wes Her *αἴτιος κακῶν UB* pr Mor *κακῶν* (β) *αἴτιος* (α) *Pa* 6 *ὢ PaD* Har 7 *περιέβαλλε VB* pr Hin *περιέβαλεν UA* *κρεῖσσον PH* 8 *οὖν* ante *ἡμῖν A*, *ἦν D* Har *συντυχεῖν PaBADPH* pr Har Mor Wes Her *τῷ* om *U* *θεοῖς* in *θείοις* corr *U* 9 *ἐπιστολὴ πρεσβευτικὴ U* *Ἀεὶ* om *VUPaB* pr Hin Wei *τῆσυμετέρας A ἡμετέρας Pa* 10 *ἀπολαύομεν VUPaBAD* Har Hin Wei *ἀγαθοί* scripsi ex *UD* cum Har *ἀγαθὸν V* *ἀγαθότατοι AP* *ἀγαθώτατοι H* Wes Her *ἀγαθέ PaB* pr Hin Wei
12 *συνήθους B* *ἠξίουν VD* *ἠξίου U* *ἠξίους PaB* pr Mor Hin Wei *ἠξιοῦτε* Har *ἀξιοῦμεν APH* *ἀξιοῦσι* Wes del Her *ἐχαρίσασθε* scripsi *χαρίσασθαι VPaBADPH* pr Har Mor Hin Wei *χαρίσθαι U* *χαρίσασθε* Wes Her *ἐν τούτῳ οὖν*] *καὶ ἐν τούτῳ ADPH* Har Wes Her 13 *ὑμετέρας* om *V* *σῆς PaB* pr Mor Hin Wei
ἐπιδεῖξαι δυσωπήθητε scripsi *ἐπιδεῖξαι δυσωπήθητι VU* Hin Wei *ἐπιδεῖξαι* (*ἐπιδεῖξαι B*) *δυσωπήθητι τάχιστα PaB* pr Mor *ἐπιδεικνύμενοι ADPH* Har Wes Her 14 *ἀγχίνουν ὄντα V* sed *ἀ* oblit *ἀγχινοοῦντά U* *καθυπερβολὴν A*

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT / Public Domain in the United States, Google-digitized
https://hdl.handle.net/2027/pst.000007610093

Digitized by Google Original from PENN STATE

καὶ σφόδρα συνετὸν ἐπαινῶ καὶ τιμῶ. πρέπει γὰρ τοὺς θείους ἄνδρας μὴ μόνον ἐπαινεῖν, ἀλλὰ καὶ τιμᾶν.

78. *Διδασκαλική. Μὴ νόμιζε τῶν συμβάντων σοι δεινῶν αἴτιον τὸ θεῖον γεγενῆσθαι. πανταχοῦ γὰρ τὸ θεῖον ἐλεύθερον κακῶν ὑπάρχει. τὸ γὰρ τοῖς ἄλλοις φεύγειν τὰ κακὰ παρακελευόμενον οὐκ ἂν αἴτιόν ποτέ τινι κακίας γένοιτο.*

79. *Ἐλεγκτική. Οὐ λέληθας τόδε τὸ πρᾶγμα διαπραξάμενος. πολλοὺς γὰρ ἔχεις ἐλέγχους κἂν ἀρνῇ, καὶ μάλιστα τοὺς συνίστοράς σοι γεγονότας καὶ τῆς αὐτῆς σοι κεκοινωνηκότας πράξεως. ὅθεν μηδὲ τὴν τιμωρίαν ἔλπιζε διαφεύξεσθαι.*

80. *Διαβλητική. Πολλῶν μοι κακῶν αἴτιος γέγονεν ὁ δεῖνα φαῦλος ἄγαν ὢν τὸν τρόπον. ὑποδὺς γάρ με καθάπερ φίλος καὶ πολλὰ καλὰ ὑπ' ἐμοῦ πεπονθὼς καὶ μὴ δυνηθεὶς τοῖς ἴσοις ἀμείψασθαι διὰ τὸ καλῶν ἀπορεῖν μεγίστοις περιέβαλε κακοῖς. φυλάττου γοῦν τοῦτον, μὴ καὶ σὺ τῶν ὁμοίων ὑπ' αὐτοῦ πειραθῇς δεινῶν.*

81. *Ἐπιτιμητική. Αἰδέσθητι λοιπὸν ἐφ' οἷς ἁμαρτάνεις καὶ παῦσαι τοῦ πλημμελεῖν καὶ μὴ μελέτην ἁμαρτημάτων τὸν σὸν βίον ποιοῦ. σοῦ γὰρ ἕνεκεν ἡμεῖς αἰσχυνόμεθα.*

---

1 *γε* post *σφόδρα* *B* pr Mor 2 *θείους*] *τοιούτους* *APH* Wes Her *μὴ*] *οὐ* *UPaADB* pr Har Mor *καὶ ὡς θείους σεβάζεσθαι* post *τιμᾶν* *B* pr Mor 4 *πανταχοῦ* — 5 *ὑπάρχει* cancell Hin *πανταχῇ* *PH* Wes Her 5 *κακῶν ἐλεύθερον* *A* *ὑπάρχει κακῶν* *PH* Wes Her 6 *παρακελευσόμενον* *U* *ἂν ποτε αἴτιόν* *PH* Wes Her *τινὶ ποτὲ* *D* Har 7 *τινι* om *V* *κακίας* om *APH* *καὶ μάλα εἰκότως* post *γένοιτο* *PaB* pr 8 *ἐπιστολὴ ἐλεγκτική* *U* *λέληθε* *U* 9 *ἀρνῆται* *U* *μᾶλλον* Har 10 *σοι* om *D* Har 11 *μὴ δὲ* *VUAD* *οὐδὲ* *PaB* pr Mor *ἔλπιζε* om *PaB* pr Mor 12 *διαφεύξασθαι* *VUA* *διαφεύξῃ* *PaB* pr Mor 13 *ἐπιστολὴ διαβλητική* *U* 14 *καὶ* post *δεῖνα* *V* Hin 15 *καλὰ*] *κακὰ* *U* *ὑπεμοῦ* *A* 16 *καλὸν* *U* 17 *περιέβαλλε* *BD* pr Har *φύλαττε* *B* pr Mor *φυλάττων* *D* Har *γ' οὖν* *U* *τοῦτον* om *PaB* Mor 18 *ὑπ' αὐτοῦ* om *UPaB* *ὑπαυτοῦ* *A* *δεινῶν κακῶν* *U* *κακῶν* *D* pr Har 19 *ἐπιστολὴ ἐπιτιμητική* *U* *ἁμαρτάνοις* *Pa* 20 *μελέτη* *V* 21 *τὸν σὸν*] *τῶν σῶν* *Pa*

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT / https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized
Digitized by Google Original from PENN STATE

82. *Ἐρωτηματική.* *Πολλὴν ζήτησιν εἰσενεγκάμενος περὶ τόδε τὸ κεφάλαιον καὶ μὴ κατειληφὼς αὐτοῦ τὴν εὕρεσιν δίκαιον ἡγησάμην διὰ τοῦδε τοῦ πρὸς ὑμᾶς ἐρωτηματικοῦ ῥήματος τὴν ἐπιστήμην τοῦ ζητουμένου παρ' ὑμῶν εὐτυχῆσαι. λοιπὸν ἀξιοῦντι μηδαμῶς ἀποκνήσητε παρασχέσθαι τὴν χάριν καὶ ἐπιστῆσαι τὸ ζητούμενον.*

83. *Παραθαρρυντική.* *Ἄφοβος ἔσο τὸ παράπαν, ἔχου δὲ σεμνῶς πολιτευόμενος διὰ τὸ τὸ θεῖον ἔχειν εὐμενές. πανταχοῦ γὰρ τὸ θεῖον τῷ ὀρθῶς βιοῦντι παρίσταται.*

84. *Ἀναθετική.* *Δέδοκταί μοι τόδε τὸ πρᾶγμα διαπράξασθαι· διὸ καὶ τὴν ἐμαυτοῦ βουλὴν ἀνατίθεμαί σοι. ὅθεν τὸ συμφέρον σκοπήσας ἐπίστειλον τὸ πρακτέον. ποθῶ γὰρ ἀεὶ παρὰ τῶν ἐμφρόνων δέχεσθαι γνώμας. αἱ γὰρ ἄρισται τῶν φίλων συμβουλίαι καλλίστας ἔχουσι τὰς εὐεργεσίας.*

85. *Ἀποφαντική.* *Τὸν ἐμὸν οἰκέτην ἐβουλευσάμην*

---

1 *ἐπιστολὴ ἐρωτιματική U* 2 *καὶ* om *VU* Hin 3 *τοῦ*] *τῶν PH* *ἡμῶν VUPa* Hin Wei *ἡμᾶς B* pr Har Mor *ἐρωτηματικοῦ ῥήματος*] *ἐρωτήματος PaB* pr Mor 4 *τοῦ ζητουμένου*] *τὴν ζητουμένην PH* *παρυμῶν A* 5 *ἡμῶν UB ἡμῖν Pa ὑμῖν D*, sed *ων* supra *ῖν*, Har *ἀξιοῦντος Pa* *ἀποκνήσατε VH* Hin Wei *ἀποκνήσῃ PaB* pr Mor *ἀποκνήσετε* Har 6 *τῷ ζητουμένῳ AD PH* Har Wes Her *τοῦ ζητουμένου τὴν λύσιν καὶ τὴν ἀληθῆ σαφήνειαν PaB* pr Mor 7 .... *ρυντική V παραθαρρυτική PH*
ἔσω U ἔστω Hin *τὸ παράπαν, ἔχου δὲ*] *τοπαράπαν, ἔχου δὲ Pa τοπαράπαν D τὸ παράπαν* Har *καὶ μηδένα τοπαράπαν εὐλαβοῦ APH* Wes Her *καὶ μηδένα τοπαράπαν, ἔχου δὲ* Mor 8 *τὸ* om *VAB* pr Mor *εὐμερές U* 9 *πανταχοῦ — παρίσταται* om *PaB* pr Mor *τῶν ὀρθῶς βιούντων A τοῖς εὐσεβῶς βιοῦσι PH* Wes Her *τῷ ὀρθῶς βιοῦντι D* Har *προίσταται VU* Hin Wei
10 *ἐπιστολὴ ἀναθετική U* ... *θετική V ἀναθεματική PH*
11 *ἀνατίθημί PaBD* pr Har Mor Wes Her 12 *συμβουλῆς* ante *ὅθεν D* *καὶ* post *ὅθεν D* Har Mor *ἐπίστειλε B* *μοι* post *ἐπίστειλον PH* Wes Her *τὸ* (2)] „*fort. τί*" Wes *πρακταῖον* (*έ* supra *αῖ*) *Pa*
13 ... *θῶ V* *φίλων* post *ἐμφρόνων Pa* 14 *ἄριστοι PaB* *συμβουλαὶ VU* Hin Wei cf. p. 29, 5. 9. 32, 12 16 *ἐπιστολὴ ἀποφαντικὴ U* ..... *ντικ. V*

τιμωρήσασθαι δι' ἥν μοι κατεσκεύασεν ἐπιβουλήν. ὅθεν μή μοι παρακλήσεις προσάγειν περὶ αὐτοῦ πειρῶ. ἀδύνατον γάρ ἐστι μὴ τὴν ἐμαυτοῦ βουλὴν εἰς πέρας ἄξειν καὶ τοῦτον πάντη τε καὶ πάντως κολάσαι.

86. *Σκωπτική.* Κίλικα μέν σε πρὸς ἁπάντων ἀκούω τυγχάνειν τῷ γένει, Ἰνδὸν δὲ σκοπῶν ἐφευρίσκω, καθάπερ αὐτὸς ὁ μελάντατος τοῦ σώματος κέκραγε χρώς.

87. *Μετριαστική* . . .

88. *Αἰνιγματική* . . .

---

1 διήν *A* ἐπιστολήν *B* pr 2 ἄγειν — πειρῶ oblit *V* 3 ἑαυτοῦ *PaPH* ἕξειν *Pa* ἥξειν *D* Har 4 πάντη τε καὶ πάντως] παντελῶς *PH* Wes Her πάντη] πάντα pr κολάσασθαι *V* Hin 5 ἐπιστολὴ σκωπτική *U* πρὸς ἅπαν *U* προσάπαν *PaB* pr 6 τυγχάνειν om *PaB* pr Mor τῷ γένει om *PH* τὸ γένος *D* Har ἰδὸν *U* σκοπὸν *UPaB*, sed in hoc ὸ in ῶ corr, *PH* 7 μελέντατος *VU* μελάντερος *Pa* μελανέστατος *A* ὁ τοῦ μελάντατος σώματος *B* pr Mor τος κέκραγε χρώς oblit *V* κέκραγεν *A* χρὼς, κέκραγε *B* 8 *Μετριαστική* . . . . . om *VUD* Har μετριασ̄τ in marg *A*

Τῆς ὀργῆς οὔπω με (μοι *PH* Wei corr Wes Her) ἀφῆκας τὸν σόν (num τῆς σῆς? cf. ad [Lib.] ep. ad Basil. 7 (XI 581, 10 sqq). Ἀντίσθενες Teoph. Simoc. ep. 28, del Her), ἀλλ' ἔτι χαλεπαίνεις ἡμῖν καὶ τὴν ἀνίαν κρύπτεις προσηνῶν ῥημάτων προσχήματι ὥσπερ οἱ ἐν αἰθάλῃ σπινθῆρα πυρὸς ταμιεύσαντες (ταμιεύοντες coni Her). ἐκκάθαιρε (ἐκκάθαρε *PH*) λοιπὸν τῆς σῆς καρδίας τὴν λύπην (Τῆς ὀργῆς — λύπην = Theoph. Simoc. ep. 28) καὶ τὸν σὸν μὴ θέλε θλίβεσθαι *PH* Wes Her

Ταπεινὸν εἶναί με καὶ ἄσημον οἶδα ἐξ ἀσήμων (ἐξασήμων *Pa*) καὶ ἀπαιδεύτων (ἀπαίδευτον *Pa*) καὶ οἰκτρότατον καθ' ὑπερβολὴν περί τε βίον καὶ λόγον καὶ οὐκ ἐχρῆν μοι γράφειν τῇ σῇ διαθέσει τὸ σύνολον. ἀλλ' ἐπειδὴ νικῶμαι τῷ πρὸς σὲ πόθῳ, γράφων παρακαλῶ τοῦ τῆς προπετείας ἐγκλήματος ἀνήνασθαί με *Pa* ταπεινὸς εἶναι (χρὴ Mor) καὶ ἄσημος ἐξ ἀσήμων καὶ ἀπαίδευτος *B* pr Mor

9 ἔστι δὲ (δὲ om *BD* Har) τὸ λεγόμενον περὶ γυναικὸς (τινος loco γυναικὸς *D* Har) ὑπάνδρου. λέγει οὖν· φυλάττου (φυλάττον *D* om *V*) μὴ τὴν ἀλλοτρίαν γυναῖκα (γυναῖκαν *B*) ἐγκύμονα ποιήσας δίκῃ περιπέσῃς (oblit *V*). οἱ γὰρ τὴν ἀλλοτρίαν γῆν γεωργοῦντες δίκαις οὐ μικραῖς περιπίπτουσιν post αἰνιγματική libri edd sed cancell Wei ἔστι—οὖν cancell Hin καὶ μάλα εἰκότως post περιπίπτουσιν *PaB* pr Mor. Scriptum fuisse censendum est Φυλάττου μὴ τὴν ἀλλοτρίαν ἀρόσας δίκῃ περιπέσῃς

89. *Ὑπομνηστική.* *Παραγενόμενος ἐν τῷδε τῷ τόπῳ καὶ ἀνερευνήσας τὸν τιμιώτατον ἄνδρα τὸν δεῖνα λέξον ἐξ ἐμοῦ τῷδε τάδε.*

90. *Λυπητική.* *Σφόδρα καθ' ὑπερβολὴν λελύπηκας τόδε τὸ πρᾶγμα διαπραξάμενος. ὅθεν ἰσχυρῶς ἄχθομαι πρὸς σὲ καὶ δυσίατόν τινα λυποῦμαι λύπην. αἱ γὰρ ἐκ φίλων εἰς φίλους γινόμεναι λῦπαι δυσθεράπευτοι λίαν τυγχάνουσι καὶ μείζους τῶν ἐχθρῶν ἔχουσι τὰς ἐπηρείας.*

91. *Ἐρωτική.* *Ἐρῶ, ἐρῶ, νὴ τοὺς θεούς, τῆς σῆς εὐπρεποῦς τε καὶ ἐρωτικῆς μορφῆς καὶ ἐρῶν οὐκ αἰσχύνομαι. τὸ γὰρ εὐπρεποῦς ἐρᾶν οὐκ αἰσχρόν. εἰ δέ γε καὶ ψέξειέ τις ὅλως ὡς ἐρῶντα, πάλιν ὡς καλῆς ἐφιέμενον ἐπαινέσειεν.*

92. *Μικτή.* *Οἶδα μὲν ὡς εὐσεβῶς ζῇς καὶ σεμνῶς πο-*

---

1 *ἀπομνηστικὴ* Har 2 *ἐρευνήσας V* Hin *τὸν δεῖνα* om *PaB* pr Mor 3 *ἐξεμοῦ AB* *τῷδε* om *PaB* pr Mor *τάδε* oblit *V* 4 *λυπητική* in lit *U* *καθυπερβολὴν A* *ἡμᾶς* ante *λελύπηκας D* Har Her *με* post *λελύπηκας* Hin Wei 6 *καὶ δυσίατόν* oblit *V* *λελύπημαι D* Har *αἱ* — 8 *ἐπηρείας* citat Maximus Conf. loc. comm. serm. 6, 550 ed. Comb. (tom. 91 col. 764 Migne), e quo hauserunt Michael. Apostol. prov. t. I 679 et Antonius Meliss. ed. Migne t. 136 col. 853 7 *φιλίας P* *λῦπαι* om *PH* *λίαν* om *V* Hin 8 *τυγχάνουσιν A* *ἢ* ante *τῶν* inserendum videtur *τῶν* om *V* *ἐξ* ante *ἐχθρῶν* Hin Wei *ρῶν ἔχουσι τὰς ἐπηρείας* oblit *V* 9 *ἐρῶ ἐρῶν U* *νὴ* e *νῦν* corr *D* *τοὺς θεούς*] *τὴν ἀλήθειαν B* pr Mor *τὴν θέμιν PH* Wes Her 11 *τοῦ* (superscr. *τὸ*) *PaB* *τοῦ* pr Mor *εὐπρεποῦσ* (superscr. *ες*) *Pa* *εὐπρεπῶν ADPH* Her *ἐρᾶν* oblit *V* *ἀνδρὸς Pa* *αἰσχρὸν* (superscr. *αἰσχύνομαι*) *Pa* 11 *γε* om *B* pr *καὶ* om Mor *τὸ B* pr 12 *ψέξοις D* Har *ὅλως* om *PaB* pr Mor *ὡς* (1) om *D* Har *πάλαι V* *καλοῦ PaB* pr Mor 13 *ἐπαινέσεις D* pr *ἐπαινέσει* coni Her *ἄν* post *ἐπαινέσειεν* inser Hin Wei 14 *ἐπιστολὴ μικτή· μικτὴ λέγεται διὰ τὸ ἐκ διαφόρων χαρακτήρων συνεστάναι U* *Οἶδα* — p. 47, 5 *ἁρμόζει*] *ἡ* (in lac om *Pa*) *μὲν διαγωγή σου ἀρίστη τέ ἐστι καὶ φιλοσόφοις μάλιστα πρέπουσα, σωφρόνως γὰρ καὶ ἀμέμπτως ζῆν σπουδάζεις ὑποδέχῃ* (*ἀποδέχῃ B*) *τε ξένους καὶ δεομένοις ἐπικουρεῖς καὶ ὀρθὰς τὰς ἀποφάσεις τοῖς κρινομένοις ἐκφέρεις* (*ἐκφέροις PaB*) *ἀδεκάστους δίκας ποιού-*

λιτεύῃ καὶ τῇ ἀνεπιλήπτου τε καὶ ἁγνῆς πολιτείας ἀρετῇ τὸ περιβόητον αὐτὸ τῆς φιλοσοφίας κοσμεῖς ὄνομα· καθ' ἓν δὲ τοῦτο μόνον σφάλλῃ, καθὸ τοὺς φίλους κακῶς λέγεις, ὅπερ ἀποθέσθαι σε χρή. διαβολὴ γὰρ φιλοσόφοις οὐχ ἁρμόζει.

μενος, ἓν δὲ τοῦτο μόνον πταίεις, ὅτι γλῶσσαν ἀχαλίνωτον ἔχων καὶ πολυλογίαις χρώμενος ἔστιν ὅτε γλωσσαλγεῖς, καὶ τοῦς φίλους κακόν τι ποιεῖς (κακόν τι ποιεῖς om *Pa*). καὶ τοῦτο (τοῦτω *B* τούτω *Pa*) τῷ σῷ οὐκ ἔοικε βίῳ. διό σοι παραινῶ τοῦ τοιούτου τὸ λοιπὸν ἀπέχεσθαι τρόπου, ἵνα τελείως κοσμηθῇς καὶ κοσμήσῃς τὸ τῆς φιλοσοφίας ἐπιτήδευμα. γράφειν δέ μοι καὶ περὶ ὧν σοι δοκεῖ μὴ παραιτοῦ, ἐπεὶ κἀγώ, εἰ συμβαίη μοί τινος τῶν παρὰ σοὶ χρεία (χρείαν *B* pr), ἀνυποστόλως γνωρίζω πεπεισμένος ὅτι με θεραπεύειν ποθεῖς, ὡς ἐγὼ σέ. καὶ γὰρ πολλάς μοι χάριτας ἐποίησας, ὑπὲρ ὧν σοι πλειστάκις (πλεῖστά σοι *B* Mor) εὐχαριστῶ. ἐρρωμένος πυλυχρόνιος (πολυχρονίως *Pa*) διαφυλαχθείης παντὸς ἀπευκταίου ἐκλυτρούμενος καὶ τῶν καταθυμίων ἀπολαύων (ἐπαπολαύων *B* pr Mor) praemisit *Pa* οἶδαμεν *A* οἴδαμεν *Pa* ὡσευσεβῶς *A* ζῆς om *VU* σεμνὸς *Pa*

1 τῆς *VU* Hin Wei τῇ τῆς *D* Wes Her τοι τῆς Har ἀνεπιλήπτω τε καὶ ἁγνῇ πολιτεία ἀρετῆς τε τῶ περιβοήτω *Pa* τε om *VU* Hin Wei ἀρετῆς *UD* Har ἀρετὴ *A* 2 τῆς] τὸ πᾶν *Pa* φ . . . . κοσμεῖς *V* κυσμεῖν *PH* 3 σφάλῃ *V* σφάλλεις *Pa* καθ' ὃ *U* καθὲν *A* 4 σε om *PH* τοῖς ante φιλοσόφοις Har φιλοσοφία *Pa* φιλοσόφοις γὰρ φιλοσοφία *PH* ἀρ . . . . . *V* ἐρρωμένος μοι καὶ πολυχρόνιος διαφυλαχθείης παντὸς ἀπευκταίου ἐκλυτρούμενος καὶ τῶν καταθυμίων ἀπολαύων post ἁρμόζει *D* Har

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT
https://hdl.handle.net/2027/pst.000007761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized

Digitized by Google Original from PENN STATE

INDEX NOMINUM PROPRIORUM

QUAE IN CHARACTERIBUS EPISTOLICIS LEGUNTUR:

Ἀντισθένης 45, 8 in app. crit.
Διοκλῆς 40, 16
Ἑρμογένης 42, 6
Ἰνδός 45, 6
Κίλιξ 45, 5
Λήμνιος 33, 14
Πλούτων 42, 8
Σκύθαι 42, 4
Φιλόστρατος ὁ Λήμνιος 33, 14

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT
https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized
Digitized by Google
Original from PENN STATE

II.

PROLEGOMENA AD LIBANII EPISTULAS.

Caput I.

DE EPISTULIS CORPORIS ET ECLOGARUM.

I. DE CORPORE EPISTULARUM.

§ 1. De adversariis Libanii et primis eius epistularum syllogis.

Libanius, ut annal. Fleckeis. 1876, 491 monui, non ipse collectionem vel collectiones epistularum edidit. Iuliano vivo eum id fecisse opinio erat Seeckii[1]). At si talem collectionem Iuliano, ut ille putat, dedicasset, ante omnes epistulas ad hunc ipsum scriptas recipere debuit. Sed has ne mortuo quidem Iuliano in publicum prodiise sequitur ex ep. 1264 (XI 342, 5 sq.). In adversariis vero relinquere epistulas consuevit, cuius rei testes sunt ep. 1307 (XI 371, 6 sq.)[2]), 88 (X 88, 20 sq.), 933 (XI 78, 8). At id non per totam vitam facere eum consuevisse, sed ab eo tantum tempore quo ampliore cum compluribus viris litterarum commercio usus est, cum per se veri simile est tum inde sequitur quod ex adulescentia nulla epistula servata est. Sed ne ex aliis quidem vitae partibus epistulae extant. E quinta saeculi IV decade litterae rarissimae sunt, e priore parte dimidia sextae decadis rarae. Longe pleraque pars omnium litterarum est annorum 355 usque

---

1) Die Briefe des Libanius 23. Eum impugnavit Silomon 1 sq. 24 sq. cum eventu certo. Nam iam epistularum ordo perversus Libanium editorem excludit.

2) Ann. Fleckeis. l. l. 491. Ad hanc epistulam iam Reiskius adnotavit: *Ergo servabat L. exempla literarum quas ad amicos mittebat.*

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT
https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized
Digitized by Google
Original from PENN STATE

ad 365. Inde ab a. 366 usque ad 387 paene nullae sunt; contra ab a. 388 usque ad 393 crebrae, deinde rarescunt, mox desinunt. Iam cum in epistulis, ut traditae sunt codicibus, temporis dispiciatur ordo, has ad illa adversaria Libanii ipsa redire elucet; sed cum hic ordo multis locis turbatus sit, etiam adversariorum condicionem iam temeratam fuisse probabile est quo tempore collectio epistularum facta est[1]); denique cum e certis vitae epochis epistulae omnino desint, adversaria illo tempore iam non plena atque integra fuisse statuendum est. Epistulas ad adversaria ipsa redire etiam alio argumento quod Seeckius 19 repperit probatur. Ep. 915 ad Eustochium data erat, sed cum Libanius illum sales vel aculeum epistulae male accepisse comperisset, se epistulam iam non Eustochio sed Eustathio inscripturum esse ei scribit ep. 933: et inscribunt codices epistulam *Εὐσταθίῳ*.

Mortuo vero Libanio desiderium eius epistulas si non omnes certe quam plurimas in publicum emittendi ortum est. Nam Libanii epistulae non solum iam ipsius aetate plurimi aestimatae sunt[2]), sed etiam per antiquam[3]), mediam[4]), recentiorem[5]) aetatem cultioris ingenii viri eum ut summum epistulae artificem admirati sunt.

---

1) Ep. 840 (a. 388) iam in archetypo omnium codicum superstitum epistulae 839 (a. 363) succedit. Vide infra p. 72 sq.

2) Huius rei testimonio sunt cum multi alii loci tum or. 13 (II 81, 18 sq.), ep. 773 (X 696, 19 sq.), 716 (ib. 645, 16 sqq.), 944 (XI 83, 8—13), 1037 (ib. 162, 10 sq.).

3) Isidorus Pelus. ep. II 42: *Λιβανίου τὸν ἐπὶ εὐγλωττίᾳ παρὰ πᾶσι βεβοημένον*; Basilius personatus in epist. Libanio data 22 (XI 595, 7 sq.).

4) Photius bibl. cod. 90: *ἔστι δὲ δόκιμος κἀν ταῖς ἐπιστολαῖς*; ep. 207 *τίσιν οὖν ἐπιστολαῖς ὁμιλητέον καὶ τίσιν ἐπιγνωσθέντα ἡμῖν διὰ τῆς τέχνης χαρακτῆρα ἐφαρμόζοντες τὴν γυμνασίαν συλλεξόμεθα; ἔστι μὲν καὶ ἄλλο πλῆθος ἄπειρον, ἔχεις δ' ἵνα μηδὲ μακρὸν ᾖ σοι τῆς γυμνασίας στάδιον, τὰς εἰς Φάλαριν ἐκεῖνον ἀναφερομένας ἐπιστολὰς καὶ αἷς Βροῦτος ὁ Ῥωμαίων στρατηγὸς ἐπιγράφεται καὶ τὸν ἐν βασιλεῦσι φιλόσοφον καὶ τὸν σοφιστὴν ἐν ταῖς πλείσταις Λιβάνιον.*

5) Zambicarius in dedicatione versionis epistularum Libanii missae ad Ioannem Bentivolum (Fr. Zamb. 319): *maxima,*

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT / Public Domain in the United States, Google-digitized
https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093
Digitized by Google
Original from PENN STATE

Itaque extitit qui corpus epistularum condere susciperet. Quod non ita multo post Libanii mortem factum esse maxime probabile est. Atque aditum quidem nactus est ad adversaria, sed haec neque plena neque integra erant. Libellus vel libelli iam non compacti, sed hic illic discissi in quaterniones, terniones vel folia erant eorumque series dissoluta. Ordinem solutum ut restitueret sane operam dedit, neque vero semper felix fuit: quaterniones vel folia haud raro locis falsis inseruit ita ut epistulae insertae invicem quidem cohaererent, sed cum antecedentibus et sequentibus non item. Quod e tabulis a Silomonio 17. 29. 35 sq. 47 sq. congestis optime cognosci potest[1]). Neque omnes epistulas in adversariis repperit, sed aliunde, potissimum ab iis ad quos scriptae erant, anquirere debuit. Sed minime omnes invenit: plus una deest quam se scripsisse Libanius ipse testatur[2]); plures iam erant truncatae, ut cum ex aliis tum ex ep. 138 nihil nisi fragmenta exhibente apparet.

---

admiranda, divina denique Libanii gravitas, vehementia, jocunditas atque, ut vere dicam, quod sentio, vis, quam ne in Demosthene quidem in hoc praesertim genere facile reperias. Ponticus Virunius in praefatione versionis latinae *χαρακτήρων ἐπιστολιμαίων*, Venetiis 1525 editae (supra p. 21 sq.): *circa vero talem materiam quid melius Libanio, quid acutius et brevius est? sic medullosus, sic clarus, ut sunt omnes Graeci, imo detestatur obscuritatem scriptorum doctissimus et, quocunque verteris, mirabilis est et tandem sententiis et florida eloquentia ornatissimus* etc. Andr. Schottus (1617) de Libanii epistulis: *disertus καὶ Ἀττικώτατος est scriptor* (Meursius opp. XI col. 274). Reiskius in epistula a. 1772 ad Lessingium data (n. 426 p. 851 ed. Foerster): „In dem feinen und galanten Briefstyl kommt er dem Plinius bey, ja je zuweilen übertrifft er ihn. Unter den Alten kenne ich keinen, der mit Wohlanstand und grace so Komplimente schneiden könne" Jac. Burckhardt, Die Zeit Constantins d. Gr. p. 322: „Libanius und Symmachus, die aus jedem Briefchen ein kleines Kunstwerk machen."

1) Mira illa inserendi ratio quae per totam sex librorum collectionem conspicitur Silomonium monere debuit, ne de diversis cogitaret editionibus singulorum librorum.

2) Seeck 21 sq. Epistulas 1—17 non ad adversaria redire, sed postmodo insertas esse Seeckius 25 ipse concessit.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT
https://hdl.handle.net/2027/pst.000007761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized

Digitized by Google
Original from
PENN STATE

Sed hoc corpus (*a*) periit, quin etiam ne apographum quidem ex hoc factum (*b*) ad nos pervenit, sed apographa tantum e *b* vel recta via vel per medium codicem (*c*) derivata. Apographi e *b* concinnati reliquiae[1]) continentur codice Vaticano gr. 83, qui unicus hodie corpus epistularum exhibet. Quamquam epistulas 1566 comprehendit magnaque e parte solus praebet, tamen non corporis simplicis instar habendus, immo vero multiplex est.

§ 2. De sylloga *b* Vaticani gr. 83 (*V*) eiusque propaginibus.

465 1. Codex Vaticanus gr. 83 (= *V*) membr. formae quart. originem cepit sc. XI, sed paene dimidia eius pars non ita multo post periit: quaterniones II (*β′*) et XXV (*κε′*)—XLVII (*μζ′*)[2]) (= V_{I}) superstites erant, quibus 770 fere epistulae continebantur. Integri corporis restituendi sc. XII vir doctus, Libanii admirator, curam egit. Anquisivit codicem gemellum perditi quo perdita continebantur, neque vero qui prorsus cum hoc congrueret repperit, sed tantummodo cognatum. Ex hoc perdita aeque atque servata calligraphice foliis ad eandem formam redactis describenda et quat. I. III—XXIV. XLVIII sqq. cum illis ad unius codicis compagem con-

1) Minime Vatic. gr. 83 in libris I—III fontem habuit Vossianum, id quod contendit Seeck. 27. Nam ut nihil dicam de aetate, in ep. *ος′* libri I (= 95) recte pergit *V* fol. 28 verbis *ἐρῶ δὲ ὡς*. perperam Vossianus cum Vatic. gr. 85 ab *Ἔρωτι* novam incipit epistulam. Quod cum consensu inter *V* et codicem familiae eclogariorum a *V Va Vo* non pendentem, sed per se constantem apparet, tum sententia — nam quem *Ἔρωτα* illum fuisse putabimus? — probatur. Cod. Dresdensis *D* qui pro *Ἔρωτι* praebet *Λεοντίῳ* ad codicem redit qui *κακὸν* familiae *Va Vo* sensit quidem, sed *κακῷ ἰᾶσθαι μείζονι* non dubitavit. Etiam priorem codicis *V* partem, quae est sc. XI, ex ipso apographo perdito *b*, non ex uno codicum superstitum fluxisse inde, ut uno exemplo utar, perspicitur quod ep. 404 (X 398, 2 sq.) solus *V* verba δ — *ἐνθάδε* servavit, quae in reliquis codicibus propter homoeoteleuton vocis antecedentis *ἐνθάδε* exciderunt.

2) Numeri quaternionum a librario exarati a $\widetilde{\kappa\varepsilon}$ usque ad $\widetilde{\mu\varepsilon}$ etiamnunc in foliis extremis 198^{v}—356^{v} conspiciuntur.

iungendos curavit. Rarissime librarius (= V_{II}) resarciendi officio ita functus est ut quae deerant epistulas in foliis sc. XI ipsis contextui insereret velut ep. ρϙγ′ (193)—ρϙη′ (198) in fol. 244, ep. τ′ (300) in fol. 267, epistulas omnes ultimas libri quarti in fol. 338. Ita effecit ut folia nova vocabulis, quin etiam syllabis vocabulorum desinerent iis quae excipiebantur vocabulis vel syllabis vocabulorum, quibus folia servata incipiebant. Codex vero, quem nactus erat, privus erat nonnullis epistulis, quae in illo extiterant. Nam quae in hoc erat epist. λ′ (fol. 16), in illo fuerat μϑ′, quae in hoc μ′, in illo fuerat νϑ′ etc. Hae 19 epistulae manu effecisse videntur quaternionem, cuius rei documentum est, quod numerus quaternionis κ͠η a V_I scriptus extat fol. 220ᵛ, a V_{II} fol. 213, κ͠ϑ scriptus a V_I fol. 228ᵛ, a V_{II} 221, etc. Quod quaenam illae 19 epistulae fuerint dicere possumus, id alteri codicum generi ex eodem fonte orto, codicibus familiae *Va Vo*, debemus. Neque in parte reparata omnino desunt, saltem pars earum postea alio loco inserta reperitur, ut infra p. 55 ostendam.

Corpori epistularum talem in modum refecto etiam nova in libros divisio data est. Sane iam epistulae corporis saec. XI (= V_I) non modo denae serie continua numeratae[1]), sed etiam in libros divisae erant. Cuius rei testimonio est inscriptio folii 187ᵛ hodie tantum non inscriptione nova oblita *τοῦ λιβανίου* (*τοῦ σοφιστοῦ*?) *ἐπιστολ* *β̄ι* *δ̄* quae initio libri quarti aeque atque in *Vo Va* extat. Idem de corpore V_{II} valere probatur inscriptione *βιβλίον* ϛ quae fol. 416ᵛ (ep. 1045) ante initium libri VI manu V_{II} exarata extat. Sed ab hac quae modo plures modo pauciores quam centenas epistulas unicuique libro dedit, plane diversa numeratio nova inducta est quae unicuique libro trecentas epistulas dedit. Iam fol. 7 ante primam epistulam (α′) *βιβλίον πρῶτον* antepositum et fol. 97ʳ post epistulam τ′ (= 640) *τέλος τοῦ πρώτου βιβλίου* subscriptum, fol. 97ᵛ *βιβλίον δεύτερον*

1) Etiamnunc numeri ψκ′ (fol. 185) — ͵αφμ′ (fol. 367ᵛ) manu V_I exarati in margine epistularum conspicui sunt.

insertum et fol. 187^r post epistulam *τ'* (= 1087) *τέλος τοῦ β^{τον} βιβλίου* subscriptum, fol. 187^r *βιβλίον τρίτον* insertum et fol. 267 *τέλος τοῦ τρίτου βιβλίου* subscriptum, fol. 267^v *βιβλίον τέταρτον* insertum et fol. 338^v *τέλος τοῦ δ^{ου} βιβλίου* subscriptum, fol. 339 *βιβλίον πέμπτον* insertum est[1]). Eadem manu num. *α—νγ'* in imo margine sinistro ad initium, dextro ad finem singulorum quaternionum indicandum scripti sunt[2]). Denique eadem manu corpori ita in sex libros diviso *πίναξ* sex foliis calligraphice exaratis, quorum quodque 4 columnas et 36 versus exhibet, comprehensus antepositus est qui initia omnium epistularum praebet: *λιβανίου σύρου / σοφιστοῦ καὶ κοιαί / στωρος ἐπιστολῶν /*

πίναξ τοῦ ā^{τον} βιβλίου
ᾱ ἔμελλον γράφων
τ' ἡρωδιανῷ δέδοται
πίναξ τοῦ β^{τον} βιβλίου
α' μέγας ἦν ὁ μιλτιάδης
τ' εὐγενὴς εὐγενῆ
πίναξ τοῦ τρίτου βιβλίου
α' κάλλιστα ἀνθρώπων
τ' μὴ παύσῃ ὑβρίζων
πίναξ τοῦ δ^{ου} βιβλίου
α' παρὰ κέλσω τῷ
τ' μεγάλων τὸν σοφιστὴν
πίναξ τοῦ ε^{ου} βιβλίου
α' μέλλει (sic) *μοι θεοτέκνου*
τ' δοὺς τὴν ἐπιστολὴν
πίναξ τοῦ ς^{ου} βιβλίου
α' ὅπου μὲν ὢν
μδ' ἕτερον τουτονὶ

---

1) At inscriptio *τέλος τοῦ πέμπτου βιβλίου* quae post ep. 1044 locum habere debebat, in fol 416^v deest. De inscriptione ante epistulam sequentem exarata cf. p. 53.

2) Hanc manum vetustiorem esse quam V_{III} inde sequitur, quod foliorum a V_{III} insertorum rationem nondum habuit. Numerus quaternionis *ια'* in fol. quidem 94^v extat, *ιβ'* non ut debebat fol. 102^v, sed 103, cum folium 97 a V_{III} insertum sit.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT
https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized
Digitized by Google
Original from PENN STATE

Sed verba *μδ' ἕτερον τουτονὶ* aeque atque antecedens *μγ' ἴσθι με τὰ μεγάλα* alia manu (V_{III}) addita sunt.

Sc. XIV enim vir doctus corpus tali modo compositum sub examen vocavit imprimisque cum indice praemisso contulit. Opus minime omnibus numeris absolutum atque perfectum repperit itaque correctoris munus sibi imposuit. Ac primum integras quasdam epistulas, quas deesse vel loco falso extare ex indice intellexit, in parte resarta inseruit (= V_{III}): fol. 97^r ep. σϙθ' (= 639) et τ' (= 640), fol. 97^v et 98^r ep. α—γ' (= 1083—1085), fol. 108^r et 109 ep. λζ' (= 957), fol. 162 ep. σιζ' (= 1095), postquam prior erasa est. Totum folium 171, quo finis ep. 851, epp. 852. 853 et initium ep. 854 continentur, rescripsit, postquam folium prius scriptum exscissum est; item fol. 173 scripsit, quo finis ep. 858, epp. 859 860. 989 et initium ep. 872 continentur, item in fol. 176^v ep. σξα' (= 1104) et in ultimis tribus versibus folii 181^v et in primis tribus versibus fol. 182^r ep. σοζ' (= 1086), postquam prior scriptura erasa foliumque unum, quo ep. σοζ—σπν' continebantur, excisum est. Fol. 187 ep. τ' ultimam libri II (= 1087), fol. 392^v et 393 ep. σκθ' (= 1091), fol. 395^r et ^{v} ep. σλθ' (= 1093), fol. 397^r et ^{v} lin. 3, denique fol. 418 ep. δ', postquam prior horum foliorum scriptura erasa est, fol. 425^v ep. κζ', fol. 429^r et ^{v} ep. μ—μδ' quas iam fol. 40/44 et 272 locum invenisse oblitus est et harum duarum ultimarum epistularum numeros (μγ' et μδ') etiam in fine *πίνακος* addidit. Sed etiam sub num. με' epistolium mancum addidit, quod in indice plane deest: *'Εμοὶ δοκοῦν—ἡμᾶς* (= 1542)[1]. Denique hac manu constanter in libro I num. ρ' et σ' cum accentibus antepositi sunt numeris simplicibus α—ϙθ' ante epistulas exaratis manu librarii non ultra centenum numerum progressi, in libro II

Numerus κα' extat fol. 175^v, κβ' non ut debebat fol. 183^v, sed 182^v, item λ' fol. 244^v, λα' vero fol. 251^v, cum inter 181 et 182 aeque atque inter 249 et 250 folium unum exscissum sit, quo ep. σο' — σκγ' continebantur.

1) E Vaticano 83 etiam in Paris. gr. 2577 transiit. Vid. infra sub n. 10.

Generated at Washington University in St. Louis on 2025-12-04 13:11 GMT / Public Domain in the United States, Google-digitized
https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093

Digitized by Google
Original from PENN STATE

inde ab ep. σπθ′ usque ad τ′ primum scripti, in libris III usque ad VI in loco numerorum manus primae erasorum repositi sunt.

Inde vero, quod corpus huius codicis e duobos diversis fontibus concinnatum est, evenit, ut 18 epistulae bis occurrant et in codice sc. XI (V_{I}) et in supplemento sc. XII (V_{II}): cf. notas ad ep. 87. 90. 104. 134. 139. 146. 148. 159. 160. 201. 623. 771. 839. 943. 951. 968. 973. 984.

Sed etiam is, qui supplementum resarsit (V_{III}), duas epistulas (1008, 1131) in fine addidit ut oblitus priorem iam in V_{II} (fol. 404), alteram in V_{I} (fol. 272) locum invenisse.

Talem in modum corporis primi pleraeque epistulae servatae sunt. Nam etiam ex illis quae in primo libro desiderantur 19 epistulis maior pars in codice extat: ep. 6 et 7 occurrunt additae a manu tertia in libro III ep. ρϙζ′ et ρϙη′ (fol. 244); ep. 33 in l. I ep. σϙγ′ (fol. 96); ep. 34—43 in l. II ep. κζ—λς′ (fol. 104—108). Revera ex illis absunt tantum septem: ep. 15—17, 29, 45—47; praeterea epistulae sex: 1098, 1100, 1101, 1105+1106, 1112: quae extant in *Vo* libro ultimo fol. 217—226 υπε′, υπζ′, υπη′, υϙβ′, υϙη′; fortasse concinnatori nimis lacunosae videbantur. Sed deest etiam ep. 18 servata unico cod. Barocciano gr. 50 saec. X/XI fol. 369 (cf. infra sub n. 182); desunt denique ep. 1543 et 1544 quae extra corporis fines ad nos venerunt (cf. infra sub § 13.). Reliquae perperam deesse creduntur, cum in editione Wolfiana aut sint repetitae e prioribus, vel totae ut 1182 W. e 747, 1203 e 279, vel e parte, ut 1159 pars est epistulae 629, aut non a Libanio, sed ab aliis scriptae sint, ut 1108 W. a Dionysio, 1156, 1188, 1558, 1573 a Synesio, 1205, 1206, 1220 a Iuliano, 1557 a Basilio, 1204 et 1559—1572 a Procopio Gazaeo, 1574 a Phalaride personato, 1224, 1575—1579 ab aliis. Idem valet de epistula codicis Coisliniani 349 fol. 117v a me ann. Fleckeis. 1876, 504 edita et de epistulis in characteres epistolicos Pseudolibanianos postea insertis (supra p. 36 sq.). De fol. 430—436r cf. infra sub n. 337.

De forma externa fatisque huius codicis.

Codicis vetusti sc. XI sunt folia atramento badio exarata 16—22, 183—369, 437—438; sc. XII resarta sunt manu, quae litteris maioribus atramento fusco scriptura minus arta usa est, folia 7—15, 23—96, 98—182, 370—436. Fol. 437 et 438 scriptae sunt *Διονυσίου σοφιστοῦ ἀντιο*χ *ἐπιστολαί*: sunt epistolia Dionysii sophistae Antiochenae 1—24 ed. Herch.; cum fine epistulae ultimae fol. 438 desinit. Fol. 439 ultimum codicis vacuum est relictum. De fol. 97, 108, 109, 162, 171, 173, 176ᵛ, 181ᵛ, 182ʳ manu sc. XIV (V_{III}) atramento atro suppletis supra p. 55 disputavi.

Correctus est codex quinque manibus, duabus vetustioribus quarum prior (= m^2) atramento badio, altera (= m^3) fusco usa est, et tribus recentioribus sc. XV, quarum prima (= m^4) subnigro vel nigricanti, secunda (= m^5) plane nigro atramento usa est. Haec nonnusquam, quae a m^4 correcta erant, denuo correxit. Eadem manus in margine ep. 255 verba *πάντα—Ἡρακλῆς* (X 245, 5—14) in aliis codicibus deesse et delenda esse adnotavit ut desunt in *WVind Marc Barn* (vid. appar. crit. l. l. ad lin. 5) ibidemque verba finis *ἐμοὶ—Δᾶον* (247, 2 sq.) ab aliis codicibus deesse voce *τέλος* post *ἀνδραπόδων* posita indicavit. Manus recentissima eaque rarissima (= m^6) atramento subviridi usa est.

Praeter m^6 omnes correctores codices adhibuerunt, etsi ubi de omissis agitur, *κείμενον* raro anteposuerunt; m^4 nonnusquam (1194. 1136. 1485) verbis a secunda manu in margine suppletis *κείμενον* anteposuit. Codices ab iis adhibiti non omnes videntur superstites esse. Saltem lectio *πρόσθεν ἀληθείας*, quam m^2 ep. 786 (t. X p. 708, 9) in lacuna posuit, in nullo alio codice extare videtur. Contra corrector, cuius est m^3, saepe cum *D*, cuius est m^4, etiam saepius cum *Mo*(squensi) codice conspirat, cuius vero est m^5, haud raro temeritatis convincitur.

Codex quo loco imperii Byzantini exaratus atque conditus sit, nescitur. Constantinopoli eum olim fuisse certe valde probabile est. Medio sc. XV in Italiam migrasse et biblio-

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT / https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized
Digitized by Google
Original from PENN STATE

thecam apostolicam sub Nicolao V (1447—1455) intrasse videtur, etsi stabiliri iam non potest, quisnam trium Libanii epistularum codicum membranaceorum sit, qui enumerantur in inventario codicum sub illo pontifice Vaticanorum e cod. Vat. lat. 3954 fol. 60 sq. edito ab Eug. Muentz et Fabre, La Bibl. du Vatican au XVe siècle, Paris 1887 (Bibl. des éc. franç. d'Ath. et de Rome fasc. 48) p. 333 sqq.:

p. 335: unum volumen ejusdem (mediae) formae de pergameno copertum corio rubeo, et intitulatur Epistole Libanii.

p. 336: Item unum volumen de forma media de pergameno copertum corio albo et intitulatur Libanii Epistole.

p. 337: Item unum parvum volumen de pergameno copertum corio rubeo et intitulatur Epistole Libanii.

Qui omnes redeunt in inventario codicum sub Sixto IV (1471—1484) Vaticanorum latino ab iisdem viris doctis edito l. l. p. 229 sqq.:

p. 230: *Libanii Epistolae. Ex membr. in rubeo.*

p. 231: *Libanii Epistolae. Ex membr. in albo.*

Epistolae Libanii. Ex membr. in nigro.

Certo cognoscitur in indicis graeci e Rehdigerano 186 ab Haasio Serap. XII n. 9 sq. editi codice 97: *Λιβανίου σύνου* (corr. *σύρου*) *καὶ κοιαίστωρος ἐπιστολῶν βιβλία ξξ. ἐπιστολαὶ ἀμοιβαῖαι τοῦ μεγάλου Βασιλείου καὶ Λιβανίου τοῦ σοφιστοῦ. Διονυσίου σοφιστοῦ Ἀντιόχου* (corr. *Ἀντιοχέως*) *ἐπιστολαί.* At num hic index bibliothecam sub illo pontifice Vaticanam reddat, incertum est.[1]) Expulsa sane esset haec opinio, si pro-

1) Non Vaticanae, sed privatae Iulii II pontificis bibliothecae fuit codex membranaceus Libanii qui commemoratur in 'inventario librorum Iulii papae II R[mo] Cardinali de Arragonia de mandato collegii mandatorum' e cod. Vat. lat. 3966 publicato a Leone Dorez (Revue des bibliothèques t. VI [1896] p. 119): 35 *Livanii Epistole, in rubro corio, cum duabus serraturis ottonis.* Ac ne graecus quidem codex sed ut alii codices illius inventarii latinus fuisse censendus est et continuisse epistulas Libanii latine factas a Zambicario, fortasse idem codex atque is qui hodie est in bibliotheca Musei Britannici (Additional 22316). Codex enim, quem a. 1880 ipse examinavi postquam de eo e litteris Eggelingii et Koelbingii rettuli in libro qui inscribitur „Francesco Zambeccari und die Briefe des Libanius“, Stutt-

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT / https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized
Digitized by Google
Original from PENN STATE

bari posset codicem demum a Francisco Zambicario in Graecia commorante acquisitum esse. Is enim codicem plus 1500 epistulas Libanii continentem ab ipso in Graecia emptum esse dicit in praefatione syllogae versionum latinarum epistularum Libanii ad Ioannem Bentivolum a. 1473 missae: *si et Italiam peragravi et Graecia quinque annorum spatio me detinuit studio duntaxat percipiendae eloquentiae* (p. 319) et in praefatione syllogae alterius ad Federicum ducem Urbini a. 1475 missae: *si Libanii inventione atque suavitate in eiusmodi epistolis te delectatum sensero, alias mihi interpretandas constituam. habeo enim plures mille et quingentis neque vero existimes me omnes Libanii epistolas fuisse interpretatum, sed eas duntaxat, quae domi hospitabantur. nam multo plures, quom in Graecia essem, et legi et emi*[1]), *sed necessario cuidam commodo dedi, qui in praesentia longissimo terrarum intervallo distat. eas quoque, quom mihi redditae fuerint, latinas faciam* (p. 325), sed fidem huius viri non talem esse ut eius testimonio nitamur olim ostendi[2]). Et codice familiae a Vaticano plane diversae quae Dresdensi et Casanatensi continetur usus est. Sed notitiam vel Vaticani gr. 83 ipsius vel apographi ex hoc facti eum nactum esse

---

gart 1878, 52 sq , membr. sc. XV calligraphice exaratus in fronte gerit insignia pontificis familiae Robureae cuius erat Iulius II. Continet epistulas trium collectionum eodem quo Ambrosianus C 12 inf. ordine. Cf. Fr. Zamb. 51 sq.

1) Revera Zambicarium codices graecos possedisse probare possum epistula, quam demum cognovi, postquam librum infra citatum conscripsi. Extat in codice Vaticano Urbin. lat. 1198 chart. sc. XV qui continet exempla epistularum concepta a Friderico Duce Urbini fol. 81: *Domino francisco de Giohanbeccariis. Spectabilis et Docte Vir amice Carissime. Accepi literas tuas: quae mihi fuere jocunditati maximae: erant enim abs te: quem diligo plurimum et cuius virtutem facio quidem multi quique tantopere me amat et amantissime observat: Codices graecos quos etiam misisti accepi et omnia tua essent semper (mihi* inser*) gratissima. De his Octavianus* (i. e. magister domus) *meus ad te scribet latius: quod autem mihi tantum tribuis facis perhumane. et tibi gratias ago: atque praestanti doctrinae tuae gratulor: quae ex ipsius habundantia ita de me loquitur et sentit. vale.*

2) Fr. Zamb. 45.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT
https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized
Digitized by Google
Original from PENN STATE

numero epistularum ab eo prolato (plures mille et quingentis) probabile fit. Continet enim codex Vaticanus 83 epistulas 1566, si includis 21 litteras commercii inter Basilium et Libanium epistolici. Quin etiam concedi potest eum olim codicem Constantinopoli emisse et possedisse priusquam bibliothecam apostolicam intraret.

A. 1698 codice ad editionem epistularum Libanii parandam usus est Fridericus Rostgaard. Qui qua ratione in apparatu critico colligendo versatus sit, ipse multis annis post in epistula die 3 Ianuarii a. 1738 ad Ioannem Grammium data, quam infra sub n. 433 exscribam, exponit. Apparatus Rostgaardianus auctionis iure bibliothecam regiam Havniensem intravit[1]) annoque 1733 Ioanni Christophoro Wolfio Hamburgensi utendus missus est. Qui ep. 1284—1556 editionis Amstelodamensis a. 1738 ex apographo huius codicis prompsit, in reliquis subinde eum adhibuit, sed pretium codicis parum perspexit. Denuo Eugenius Bormann atque a. 1869 et 1870 egomet excussimus.

E Vaticano gr. 83 Romae sc. XV descriptus est codex
466 2. Neapolitanus III A 12 (CCXV in catologo Cyrilli, 185 in indice Baffiano Harlesii apud Fabricium-Harles Bibl. gr. V p. 786) olim Farnesianus chart. form. quart. min. Praebet fol. 1—407 omnes epistulas Libanii incluso commercio Basilii et Libanii epistolico et *πίνακα* praemissum. Desunt epistulae Dionysii. Post ultimam epistulam mutuarum Basilii et Libanii fol. 407^{v} librarius atramento rubro subscripsit

δόξα θεῶ ἡμῶν δόξα / σωθῆ ὁ ἔχων ἐλεηθῆ ὁ γράφων

et atramento nigro *ὥσπερ ξένοι χαίροντες ἰδεῖν πατρίδα καὶ οἱ θαλαττεύοντες εὑρεῖν λιμένα οὕτως καὶ οἱ γράφοντες ἰδεῖν βιβλίου τέλος*. Lacunas in *V* extantes nonnullas reddidit, ut fol. 81 post vocem *ἀρίστοις* ep. 1084, plures praetermisit, ut fol. 120^{v} ep. 775 inter *λαβέσθαι* et *νῦν δὲ*, fol. 122^{v} ep. 780

1) Werlauff, Historiske Efterretninger om det store Kongelige Bibliothek i Kiöbenhaven 149 sq.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized

Digitized by Google Original from PENN STATE

post πεφύτευται, fol. 141 ep. 1111 inter πολλοῖς et γενόμενος etc. Si Zambicarius revera codicem Vaticanum 83 possedit, fortasse et ipse fuit auctor huius apographi. Raro corrector verbis vel omissis supplendis vel falsis emendandis operam dedit. Examinavi a. 1869.

Ex hoc codice, non e Vaticano ipso descriptus est codex

3. Neapolitanus III A 10 (CCXIII in catalogo Cyrilli), 467
olim Farnesianus chart. formae folii maximi sc. XV exeunt. vel XVI ineunt. litteris maximis marginibus latissimis. Nam prorsus, vel in lacunis illis omissis, cum Neapolitano III A 12 congruit: ubi discrepat, errore id librarii continetur. πίναξ hodie non supra ep. ξη' libri ε' (= 1468) exaratus est, sed finem eius periisse inde conicias quod vocibus ξη'· ἐδεξάμεθά σου folium 13 desinit. Textus epistularum tantum progreditur usque ad ep. οθ' libri δ' (= 1192) qua fol. 195 finitur. Examinavi a. 1869.

Sed e Vaticano 83 ipso excerpti sunt complures codices. Quorum primus

4. Parisinus gr. 3110 chart. formae sext. dec. sc. XVII 468
ab Emerico Bigotio exaratus est[1]). Inde a fol. 2 inscripto: *Libri quarti Epistole* extant epistulae e libro quarto excerptae: 1133—1357, et βιβλίον τέταρτον· α̅ (= 1113) —ιγ̅ (= 1125). In margine ad ζ' (= 1119) scriptum est: p. 269 Mst., cum haec epistula in fol. 269r Vaticani 83 extet. Adversariis Bigotii ad diversos scriptores, ut Iulianum, Plinium intermissis epistulae Libanii denuo occurrunt inde a fol. 29, quarum prima est *lib. 5 epist.* ρ̅ϛ̅ (= 1506); ρκβ' est 1522, ad quam scriptum est lib. 5. p. 365 (i. e. numerus folii Vatic. 83), ultima ρκζ' (= 1527). Hanc excipiunt epistulae libri II πη' (= 690)—ϙγ' (= 695). Intermissis iterum coniecturis ad Plinium redeunt fol. 52—56 Libanii ep. 966—983; ultima inscripta est p. 394. epist. σλβ. Intermissis ad auctores Graecos adversariis sequuntur inde a fol. 65 epistulae libri II inde a lib. 2 epp. 2. p. 97 (= 1084) et epist. 4. lib. 2 (= 505) —τ' (= 1087); intermissis notis ad

1) Delisle, Bibl. Bigotiana Rouen 1877. Omont, Inv. des manuscr. gr. de la bibl. nat. Paris. introd. p. X.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT
https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized

Digitized by Google Original from PENN STATE

Pollucem fol. 89—91 tres epistulae primae libri ς′ (= 1045. 1046. 1048), denique fol. 92: lib. 4 = epist. lib. epist. σϙγ (= 1078) et: p. 263. Ep. σοε lib. 3. (= 586) et 235.

Ex hoc codice Henricus Valesius in notis ad Ammianum locos singulos epistularum, Tanaquil Faber in praefatione ad Dionysii Longini περὶ ὕψους libellum Salmurii 1663 ep. 1078, Fridericus Brummer in commentario ad legem Cinciam Parisiis 1668 edito p. 108 ep. 1224 publici iuris fecerunt. Examinavi.

Secundus codex aliquam saltem partem e Vaticano 83 originem cepit

469 5. Parisinus gr. 2963 chart. formae fol. sc. XVII. De quo quod catalogus Mellotianus a. 1740 impressus ‚*nuper*' inquit ‚*emptus*, *quo continentur Libanii epistolae, e codd. Vaticanis descriptae*', firmatur testimonio inscriptionis fol. 1: *Inter recens emptos Cod. 72. Regius 2783.* Constat e quattuor partibus. Quarum prima 35 paginis comprehensa continet primum indicem epistularum secundum libros Vaticani digestarum quae desunt in indice Morelli. In p. 1 enim legitur **βιβλίον ᾱ τοῦ λιβανίου ἐπιστολαὶ αἳ οὐκ εἰσὶν ἐν τῷ πίνακι τοῦ κυρίου Μορέλλου**, in paginis sequentibus **βιβλίον β̄, γ̄, δ̄, ε̄, ς̄**. Sequitur index epistolarum Libanii quae in Vatic. Bibliotheca reperiuntur, cuius in fine p. 35 legitur: *Hic est finis omnium epistolarum Libanii Sophistae quae reperiuntur in sedecim codd. Vaticanae bibliothecae. mense Ianuario 1620.* Pars secunda 34 foliis continet indicem epistularum omnium inscriptum: *Λιβανίου Σύρου Σοφιστοῦ καὶ Κοιαίστωρος ἐπιστολῶν βιβλίον ᾱ*, qui in Vaticano 83 fol. 1—6 legitur. Perperam vero se habet inscriptio huic antecedens:

Ex codice ms Vaticano num. CCCCXXCI

Codex enim Vaticanus gr. 481 alias epistulas continet. Tertia pars exhibet editionem epistularum Libanii principem duobus tomis comprehensam, quae Guilelmo Morello deberi putatur. Pars quarta paginis tituloque carens continet epistulas selectas e Vaticano 83 descriptas

σοε' (= Vat. 83 lib. III ep. *σοε* = ep. 586)
usque ad
τ' (= Vat. 83 lib. III ep. *τ* = ep. 613)
τέλος τοῦ τρίτου βιβλίου.
βιβλίον τέταρτον.
α' (= Vat. 83 lib. IV ep. *α'* = ep. 1113)
usque ad
τ' (= Vat. 83 lib. IV ep. *τ'* = ep. 920)
τέλος τοῦ δ^{ου} βιβλίου.
βιβλίον πέμπτον.
α' (= Vat. 83 lib. V ep. *α'* = ep. 1401)
usque ad
ρνε' (= Vat. 83 lib. V ep. *ρνε'* = ep. 45).

Quae hic exscriptae sunt epistulae desunt in indice illo *τοῦ κυρίου Μορέλλου* commemorato propterea que in usum huius exaratae sunt. Morellum enim per Scipionem Cobellucium a Paulo V pontifice petiisse ut epistulae e codicibus Vaticanis sibi exscriberentur elucet ex responso [1])

1) Legitur in praefatione nescio cuius opusculi quae incipit: *Cum literis tuis datis Kal. Maji accepi Libanii opusculorum exempla tria a te edita, quorum alterum, quod mandasti, dedi tuo nomine S. D. N. alterum Vaticanae bibliothecae, alterum mihi habeo* et aperte respicit editionem *Βασιλικοῦ* Libanii a Morello Kal. Mart. 1614 Paulo V dedicatam (vide t. IV p. 205 sq.). Sed cuius sit opusculi aeque me nescire confiteor atque Bultellus qui tria illa praefationis folia Rostgaardo donavit, cuius in apparatus Libaniani Havniae asservati volumine quarto (Carteggio) reperiuntur inscripta: *Tria haec folia dono mihi dedit Dñus Bultellus Consiliarius et Secretarius Regis Christianissimi sed ex quo opere exscissa sint sibi non constare dixit.* Opusculum a. 1618 demum prodiisse probat praefationi illi succedens

Quiritatio ad forensem Vulcanum
Super empyrismo Palatii
Mensis Martii VII a. S. MDCXVIII.
Tantane te generis tenuit fiducia, saeve
Vulcane, infesto ut Martis tu mense proterui
Astraeae auderes violare Palatia castae

Fortasse praefatio quae respicit incendium Palatii Iustitiae Parisini celeberrimum (cf. Pigamiol de la Force, Description

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT / Public Domain in the United States, Google-digitized https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093
Digitized by Google Original from PENN STATE

quod Cobellucius Morello dedit: *Scipio Cobellucius Fed. Morello V. C. S. . . . iussit me* (pontifex) *tibi significare facturum se facultatem describendi Epistolas Libanii quae in Vaticana bibliotheca sunt: Oportere tamen antea recognosci ne quid e Sua Bibliotheca adversus religionem prodeat. Romae V. Id. Oct. MDCXIV.* Et epistulas e codicibus Vaticanis sibi curam agente Cobellucio a. 1617 describi Morellus Andr. Schotto nuntiavit secundum huius ad Meursium epistulam huius anni (Io. Meurs. opp. vol. XI p. 286). Quae a Cobellucio nactus est, codice Parisino continentur. Librarius Graecus fuisse videtur, fortasse Leo Allatius[1]). *Πίναξ* vero ille *τοῦ κυρίου Μορέλλου* non index est epistularum editionis quam Morellus foras miserat sed epistularum quas se iam habere Cobellucio scripserat. Codicem a. 1880 examinavi.

E Vaticani 83 libro III excerpta est ecloga brevis epistularum, quam praebet codex

6. Vaticanus gr. 82[2]) sc. XIV fol. 250—253^{v}. Sunt titulo privae *α—κζ'* 453. 468. 460. 347. 655. 669. 717. 725. 738. 744. 745. 748. 749, 759. 761. 762. 765. 768. 769. 839. 845. 842. 836. 837. 868. 871. De amplioribus huius codicis collectionibus fol. 204—229 et fol. 250—253 comprehensis cf. infra sub n. 194.

Item e Vaticani 83 libris IV et V excerpta est sylloga epistularum, quam praebet

470 7. Vaticanus Urbinas gr. 80 chart. formae folii sc. XV fol. 174^{v}—185^{v} inscripta *λιβανίου σοφιστοῦ ἐπιστολαί.* Sed ordo est inversus: quae prima esse debebat ep. 1224 (= lib. IV *ρια'*), ultima est. Omisit verba *τὸν λόγον—γενναίῳ* ep. 1260 in margine codicis *V* inserta manu tertia, sed concinit cum lectione m^{3} *κεκτημένῳ* pro *δεδειδιμένῳ.* Praecedunt tres illae ad Basilium epistulae (501. 647. comm. epist. 12[3]), quae finem faciunt collectionis Lacapenianae. Universae sunt

de Paris t. I Paris 1742 p. 540) ad editionem epistularum Libanii quam Fed. Morellus diu paravit, sed nunquam foras misit destinata erat. Cf. infra sub. n. 76.

1) Cf. t. I 58 et 68.

2) Cf. t. I 48 n. 10. Char. epistol. p. 7 n. 13.

3) Infra sub n. 395.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT / https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized

Digitized by Google Original from PENN STATE

epistulae 41, quarum una (1342) in margine scripta est. Epistulas singulas enumerat Stornajolo, Catal. codicum gr. Urbin. p. 118. Subscriptio fol. 185^{v} *τέλος· εἰσὶν αἱ πᾶσαι ἐπιστολαὶ ξζ′*, quae summam epistularum 67 indicat, ita potius explicanda erit, ut epistulae quae antecedunt inde a fol. 157 *ἀνεπίγραφοι* Demetrii Cydonii inclusae sint quam ut Libanii epistulae excidisse credantur. Nam folii perditi nullum vestigium extat. Examinavi complures.

Sed ad Vatic. 83 etiam complures alii codices redeunt. Inter quos primo loco nomino partem potissimam syllogae epistularum, quam exhibet codex

8. Ambrosianus A 115 sup., olim T 231 (40 in catal. 471
Martinii et Bassii), chart. formae quart. min. sc. XV, olim Octaviani Ferrarii teste inscriptione fol. 1: *Fuit ex libris Octaviani Ferrarii,* fol. 203—244^{v} inscriptam *λιβανίου ἐπιστολαί.* Antecedunt sane aliunde sumptae 15 epistulae: 352. 1473. 841. 1152. 131. 633. 1280. 164. 312. 388. 1419. 1438. 1466. 1203. 389 et succedunt aliae 40 item aliunde sumptae: 7. 1047. 711. 136. 1041. 1288. 323. 1202. 746. 1153. 125. 1330. 909. 182. 89. 1147. 1027. 1142. 384; 1156 W. i. e. Synesii; 313. 578. 19. 210. 617. 143. 1436. 1425. 515. 1355. 1358. 1237. 892. 26. 647; comm. ep. 12; 725. 1271. 639. 1395. 1408, sed quae inter has extat sylloga epistularum, si excipis secundam item Vaticano servatam (501), nihil est nisi ecloga 100 epistularum e libro I Vaticani 83 ep. 1—325. Hunc autem, non syllogam alteram, quae est Vaticani 85 et Vossiani, fontem fuisse indicio est ep. 636 aeque in Vat. 83, non in *Va* et *Vo*, inter 254 et 256 obvia. Idemque lectiones ipsae evincunt inter Ambrosianum et *V* congruentes (ep. 167. 193). Examinavi.

Item a *V* repetenda est ecloga, quam praebet

9. Parisinus gr. 2022 chart. formae oct. mai. sc. XIV 472
olim Fonteblandensis, postea numeris DLXVIII. 608. 3073 insignitus, qui continet fol. 157—169^{r} epistulas 65 inscriptas *ἐκ τῶν τοῦ λιβανίου ἐπιστολῶν.* Nomina quidem eorum ad quos epistulae scriptae sunt excepto *Διονυ-*

Generated at Washington University in St. Louis on 2025-12-04 13:11 GMT
https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized
Digitized by Google
Original from PENN STATE

σίῳ (ep. 1237) omissa ut postea rubricarentur, nonnusquam tamen postea manu recentiore, quae fuit Boivini teste Rostgaardo, addita sunt et ordo epistularum valde turbatus est. Sunt: ep. 1165. 56. 54. 1177. 1150. 1173. 1153. 1202. 1195. 53. 1340. 1333. 1206. 442. 466. 571. 1215. 347. 360. 65. 69. 160. 75. 968. 869. 322. 325. 77. 351. 317. 336. 357. 327. 366. 330. 384 361. 404. 406. 363. 388. 1194. 1191. 483. 437. 1199. 1236. 1237. 1514. 1506. 1087 W. (i. e. Dionys. 2). 1108 W. (i. e. Dionys. 1). Dionys. 3. 1235. 1240. 1347. 1296. 1311. 1381. 1331. 1155. 1298. 1361. 1225. 1257. Inde a fol. 170 sequuntur epistulae Gregorii Cyprii inscriptae *ἐκ τῶν τοῦ πατριάρχου κυροῦ γρηγορίου τοῦ κυπρίου.*[1]) Sed insignis est in singularibus lectionibus cum *V* consensus; ubi vero ab illo discrepat, corruptela apparet.

Adhibitus est a Rostgaardo, qui ex eo Parisino 3073 appellato epistulas 32, sed inter has tres Dionysianas descripsit, mirum in modum non codicis, sed litterarum initialium ordinem secutus. Quae in editione Wolfiana sunt 1084 —1113 et 1034, ultima tamen e Regio Maximo sumpta et cum cod. 3073 tantum collata. Examinavi a. 1880.

Item aliqua e parte ad *V* redit tertius codex

10. Parisinus gr. 2577 A chart. formae quart. sc. XV/XVI[2]) fol. 117^v—248^r. Pleraque quidem pars codicis praebet eclogam Lacapenianam rubricatam *λιβανίου σοφιστοῦ ἐπιστολαί*, quae desinit fol. 207^v ep. *σξα'* (= 435), sed sequuntur fol. 208 interposita dialexi Choriciana (cf. t. I 335) 154 epistulae insignitae num. *σξβ — υιε'*, quae excerptae sunt e Vatic. 83. Primae tres sunt 59, 77, 88, ultimae 1523,

1) Inter has fol. 176^v extat epistula incipiens *θνητοὶ καὶ ἀπὸ θνητῶν πεφύκαμεν* quae inter exempla *παραμυθητικῆς* characterum epistolicorum Libanii legitur p. 40 Weich. Non est cur eam a Gregorio abiudicemus, quamquam deest in duobus codicibus epistularum Gregorii Cyprii Vindobonensibus (Hist. graec. 101 et Philol graec. 195), quibus Sophronius Eustratiades editionem suam (Alexandriae 1910) superstruxit. Byzantino epistulam iam ann. Fleckeis. 1876, 496 tribui.

2) Cf. t. I 334 n. 42. Infra sub n. 409.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT / https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized

Digitized by Google Original from PENN STATE

1525, 240, 263; deinde *νδ—νιε'* insignitae comm. epist. 11. 8; ep. 501; comm. epist. 1—7. 16. 12. 21. Denique extat numero priva ep. 1308 inscripta *λιβάνιος γὰρ καισαρίῳ*. Subscriptio est *τέλος τῶν ἐπιστολῶν λιβανίου: τὸν τὰς κόρας ἔχοντα τυφλοὺς τῆς διανοίας*.

Supplementum *σξβ—νιέ* ad *V* redire probat non solum ordo epistularum cum hoc fere concinens, sed etiam epistolium *σπ'* (= 1542) a Wolfio in nota ad ep. 1556 relegatum[1]) in hoc uno codice conspicuum. Codex non solum peccatis scatet, sed etiam temere mutatis. Meum in usum a. 1874 excerpsit Carolus Graux, ipse examinavi a. 1880.

Similiter ad *V*, etsi non via recta redit supplementum eclogae Lacapenianae, quod praebet codex

11. Laurentianus LXX 13 (= Lau) formae sext. dec. sc. XV[2]) fol. 5—183. Inscriptio cum tribus primis epistulis initioque quartae uno folio amisso periit; fol. 5 incipit verbis *θάνων ἔχαιρον* epistulae quartae (325). Ultima epistula collectionis Lacapenianae est *σξα'* = 435. Quae vero sequuntur epistulae *σξβ—τπ'*, e collectione fluxerunt, quae ad Vaticanum 83 quidem redit, sed eius ordinem fere reliquit atque nonnulla ab eo aliena immiscuit.

Sunt ep. 620. 1220. 1399. 1155, quae eadem iam in Lacapeniana *πα'* comparuerat, quinta *σξς' βασίλειος ὁ μέγας ὀλυμπίῳ ἄρχοντι· ἡμῖν ἄρχων σὺ καὶ μετὰ*, sexta *σξζ'* = 358, *τζ'* = Iulian. ep. 3 Hertl., *τη'* = 1220 W., i. e. Iulian. ep. 64 H., *τθ'* = 483, ultimae *τοδ'* (= 831). 501. 647. comm. ep. 12; 286; comm. ep. 21. 9. Subscriptio est *τέλος τῶν ἐπιστολῶν λιβανίου τοῦ σοφιστοῦ*. Sequitur *τοῦ μεγάλου βασιλείου πρὸς τοὺς νέους ὅπως ἂν ἐξ ἑλληνικῶν ὠφελοῖντο λόγων*. Ep. 1545, quae in hoc uno codice extat inter 35 et 491 aliunde inserta, Libanio abiudicanda est: cf. infra § 14. In textu in universum quidem cum Vat. 83 facit, sed multa vel omisit vel corrupit, nec quicquam ad emendandum confert. Est Mediceus D Rostgaardi, e cuius apographo Wolfius ep. 1216—1224 edidit. Ego excerpsi atque e parte contuli.

1) Supra p. 55.
2) Cf. t. I 346 n. 40. Infra sub n. 277.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT / Public Domain in the United States, Google-digitized
https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093
Digitized by Google
Original from PENN STATE

Nec non ad *V* redire videtur, etsi ordinem epistularum maxime e parte dereliquit, codex

12. Laurentianus LVII 34 (= Lauren) sc. XVI[1]), qui fol. 240—250 eclogam praebet 16 epistularum inscriptam *λιβανίου σοφιστοῦ*. Insunt ep. 182 (inscriptione priva). 748. 286; comm. ep. 8 (inscripta *τοῦ μεγάλου βασιλείου πρὸς λιβάνιον*). 4. 14 5. 6; ep. 103 (inscriptione priva). 632. 325. 1060. 515. *ιδ'* = Iulian. ep. 53 Hertl., *ιε'* = Iul. ep. 4, *ιϛ'* = ep. 866 (sed inscripta *πρόκλῳ*). Omnes, si excipis duas epistulas Iuliani aliunde insertas, in *V* extant et nomina eorum ad quos datae sunt vel eadem praebent, excepta ultima *πρόκλῳ*, non *οἰχομήρει* ut *V* perperam praebet inscripta, vel omissa sunt; denique lectiones vel consentiunt vel deteriores sunt. Lacuna in ep. 182 (X 168, 7—8) par est. Ep. 1060 vero docet codicem e *V* fluxisse, postquam is manu tertia correctus est, sed librarium etiam de suo nonnulla, quae ei corrupta viderentur, correxisse ut *δονάτος* comm. ep. 14. Itaque lectiones codicis a me collati speciminis loco ad ep. 1060 adnotavi, reliquas ab apparatu seclusi.

Ad *V* plurima e parte redire probabile est codicem

13. Vaticanum gr. 926 chart.[2]) formae oct. sc. XV exeunt., qui continet fol. 96—191 eclogam *σξ* epistularum inscriptam *ἐπιστολαὶ λιβανίου τοῦ σοφιστοῦ* multis glossis interlinearibus instructam; epistulae numeratae *α—ρ'* sunt: 311. 78. 77. 74. 852. 861. 943. 869. 973. 322. 320. 330. 335. 349. 315. 336. 351. 361. 380. 385. 387. 1213. 1131. 631. 600. 466. 479. 968. 398. 57. 76. 1384. 1237. 590. 79. 486. 462. 443. 494. 458. 465. 56. 55. 60. 372. 518. 519. 71. 1288. 347. 341. 313. 323. 357. 59. 317. 1138. 1137. 459. 484. 1156. 1141. 501. 514. 1377. 585. 530. 532. 531. 525. 1202. 1191. 1124. 551. 553. 569. 558. 559. 321. 344. 332. 570. 1287. 125. 1347. 54. 568. 572. 582. 481. 1232. 1231. 1337. 1335. 1309. 346. 1312. 1310. 1308. 1319 (*ρ*). 1333. 1371. 1394. 1350. 1352. 1355.

---

1) Char. epistol. p. 3 n. 2.

2) Cf. t. IV 302 n. 143, ubi perperam eum membranaceum esse dixi.

1336. 1238. 523. 517. 396. 519. 51. 334. 47. 1318. 1328. 1330. 1225. 871. 902. 318. 360. 1215. 53. 1317. 992. 1503. 72. 1311. 1381. 1321. 1320. 1277. 469. 1194. 606. 327. 73. 49. 316. 312. 75. 1233. 1219. 1208. 1207. 1139. 1122. 570. 1123. 571. 573. 575. 567. 589. 563. 565. 574. 581. 586. 1409. 1410. 1227. 1395. 1240. 1298. 1299. 1216. 1203. 1192. 1211. 1197. 1195. 549. 537. 529. 534. 539. 533. 516. 397. 403. 949. 980. 1049. 355. 67. 65. 52. 63. 50. 328. 329. 354. 340. 489. 487. 483 (ϱ). 488. 1504. 81. 269. 696. 35. 736. 26. 780. 661. 660. 1517. 21. 348. 339. 363. 103. 93. 715. 797. 773. 741. 369. 40. 542. 1247. Sequuntur epistulae inter Basilium et Libanium mutuae (cf. infra sub num. 345). Succedunt ep. 371 (λη′). 379. 368. 364. 819. 238. 1133. 408. 19. 636. 283. 22. 123. 830. 382. 1218. 25. De fol. 188—190 cf. t. IV 303. Succedunt fol. 191 ep. 390. 578. 391. 432. 226 (ξ) et fol. 197—235 *ἐπιστολαὶ συνεσίου*, quibus in fol. 215ᵛ et 216 nomine auctoris non addito immixta, postea tamen deleta est Libanii ep. 1216.

Si Basilii ep. 328 et comm. ep. 9 excipis, nulla comparet, quae non in Vat. 83 reperiatur. Nomina eorum ad quos epistulae datae sunt inde a *ϱκβ′* demum leguntur, sed quae extant, cum hoc codice congruunt lectionesque omnes, quas quidem examinaverim, aut eaedem quae in illo aut peiores sunt. Itaque nihil obstat, quominus auctorem ex hoc codice hausisse ordinemque tantum ex arbitrio mutasse et duas illas epistulas ex alio fonte, codice epistularum Basilii, addidisse statuamus.

Examinavi. Ep. 1211. 1308. 1317 mihi descripsit Pius Franchi de Cavaleriis.

14. Etiam excerpta codicis Neapolitani II C 32[1]) (= Exc Neap) sc. XV e *V* fluxisse et ordine epistularum et lectionum proprietate imprimisque vocabulorum omissorum consensu evincitur. Orta sunt, antequam V manu 5 corrigeretur. Nam voces V^5 insertas *μὲν* et *δὲ* ep. 367 (X 352,

1) Cf. t. V 368. Infra sub n. 252.

5—6) omittit Neap.; ep. 369 (p. 354, 9) cum *V* praebet *ἀγώνων*, quod V^5 corr. in *λόγων*; ep. 385 (375, 4) *δὲ* praebet, quod V^5 corr. in *δή*; ep. 379 (369, 2) praebet verborum collocationem codicis V ipsius, non correctam manus 5. Sed liberrime in suo negotio versatus est excerptor: ep. 359 (342, 12) quia verbum *τεύξομαι* in V omissum sensum loci obscuravit, praebet lectionem aliam in appar. crit. ad l. l. exscriptam; ep. 366 (346, 18) praebet de suo *θαυμάζεσθαι* pro *ἀντιμάχεσθαι* aperte corrupto; item ep. 389 (380, 17) vocem *ἀληθινὴν* fuse explicat; vid. app. crit. ad l. l. Quin etiam in ultima quam excerpsit ep. 1307 addit *ἀλλ' ἢ τὸ λεγόμενον κατόπιν ἑορτῆς γίνομεν καὶ ὑστεροῦμεν* e Plat. Gorg. 447 A.

15. Auctor excerptorum codicis Heidelbergensis Palatini gr. 129[1]) (= Pal) fol. 46ᵛ haec excerpta usurpavit — nam ex. gr. ep. 51 (51, 5) ambo omittunt *με τοιαῦτα* et inserunt *τὸ* post *ποιεῖν*; ep. 63 (64, 7—8) inserunt ambo *γίνεσθαι τὸ* pro *ἐπίδοσιν Πρισκιανῷ* —, sed denuo hic illic contraxit et mutavit, velut ep. 348 (330, 14) *ἔστι δὲ ῥᾷστον* in *χρή* et *ῥοδίοις ὗσε* in *ὗσε ῥοδίοις*, ep. 52 (51, 11) omisit *ἄνθρωπος*. Itaque haec excerpta, nisi ubi plane singulare quiddam praebebant, ab app. crit. exulare iussi.

16. Denique hoc loco praetermittere nolo etiam in Dresdensem D 9[2]) (D), qui est e genere mixtorum codicum, codicem *V* magna e parte transiisse.

Haec quidem de propaginibus codicis *V*.

§ 3. De sylloga altera *c* comprehensa codicibus Vaticano 85, Vossiano 77, Mosquensi 459, Marciano 441 eorumque propaginibus.

Non solum *V*, sed etiam alter codex *c* ex apographo *b* archetypi *a* fluxit. Hic quidem iam non extat, sed duas

1) Quem auctores, quos t. I p. 73 laudavi, secutus Maximum Planudem dixi ad ep. 391 (386, 6) et 428 (417, 6), iam cautius anonymum Palatinum appello; cf. nunc Georgium Bauer, Die Heidelberger Epitome eine Quelle zur Diadochengeschichte, diss. Lips. 1914, 1 et 26 sq. Infra sub n. 253.

2) Infra sub n. 179.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT / Public Domain in the United States, Google-digitized
https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093
Digitized by Google
Original from PENN STATE

egit radices *d* et *e*, quae et ipsae perierunt, sed plures habuerunt propagines.

Atque e priore quidem radice *d* originem ceperunt et codex satis vetustus *f*, e quo Vaticanus gr. 85 (*Va*) et Leidensis Vossianus gr. 77 (*Vo*) et codex Mosquensis 459 (Mo_{I}) et Marcianus gr. 441 (Ma_{I}) descripti sunt, ex altera radice *e* multo plures codices, qui suo loco tractabuntur.

Iam ut ad fata apographi *c* nos convertamus, corpus quod eo continebatur non ita multo post detrimenta cepit. Inde enim, quod nullus illorum quattuor codicum unam ex epistulis, quae *V* solo servatae sunt, exhibet, iure colligas has iam ab apographo *d* afuisse. Et quamquam *Va* postea demum truncatus est, codicem hodie deperditum *f* non ultra epistulam 1112 qua *Vo* finitur, progressum esse nec plures quam 1021 id est duas partes epistularum continuisse maxime probabile est. *Mo* et *Ma* vero iam non corpus, sed eclogas praebent. Sed superat *c* codicem *V* fide qua ordinem genuinum epistularum qui erat ut Seeckius demonstravit chronologicus servavit. Is enim in *V*, ut supra exposui, hic illic temeratus est.

Iam singulos aggrediamur codices.

17. Vaticanus gr. 85[1]) (= Va) membr. formae quart. 473
mai. duabus manibus sc. XI exaratus est, quarum prior fol. 1—11^{r} atramento fusco, altera fol. 11^{v}—249^{v} atramento badio et scriptura paulo diligentiore usa est. Caret scholiis, glossis, numeris quaternionum, sed epistulae manu librarii vel manu secunda illi proxima (= m^{2}) numeratae sunt. Numeri paginarum manu posteriore additi sunt. Scriptura, quae hic illic evanuerat, manu recenti (m^{5}) atramento nigricanti non semper accurate restituta est (cf. ep. 725). Iam antea duabus manibus, quarum altera (m^{3}) atramento subfusco, altera (m^{4}) sufflavo usa est, et ipsis recentibus correctus erat. Postea manus 6 atramento nigro usa in corrigendo versata est. Imi margines foliorum laesi sunt. Non codex integer, sed fragmentum est. Nam fol. 1 incipit media in ep. 95 (p. 95, 3)

1) In catalogo bibliothecae Vaticanae ab Haasio Serap. XII n. 9 sq. edito num. 102. Vide Fr. Zamb. 47.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT
https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized

Digitized by Google

Original from
PENN STATE

verbis δι' ὅσων ἦλθεν, quae fuit πα' libri primi, ut plus viginti folia perisse censenda sint. Sequuntur enim ep. πβ' et πγ' (= ep. 95. 96). In fine (fol. 1ᵛ) ultimae legitur subscriptio: τέλος: ∼ et rubricata βιβλ α'. ἐπιστολαὶ πγ'. Manu demum posteriore in margine rubricatum est ἐπιστολαὶ λιβανίου σοφιστοῦ. Succedit statim liber secundus inscriptus: βιβλίον β', α' (= ep. 97) qui postquam usque ad ep. ρς (= ep. 202) fol. 27ᵛ processit, subscriptionem exhibet: τέλος. Iterum statim succedit liber tertius inscriptus βιβλίον γ, α (= ep. 203), qui usque ad ep. ρη' (= ep. 310) fol. 59ᵛ procedit subscriptione nulla. Idem valet de libro quarto inscripto βιβλίον δ' qui ab α' (= ep. 311) usque ad π' (= ep. 389) fol. 88ᵛ progreditur. Liber quintus inscriptus βιβλίον ε detrimenti indicio nullo a ζ' (= ep. 390) incipit et usque ad ρι (= ep. 493) fol. 116ʳ procedit — sunt ep. 390—493. 492. 487, sed ordine inverso — et subscriptionem habet ε βιβλίον ἐπιστολ' ρι. Succedit liber sextus inscriptus βιβλίον ς' qui ab α' (= ep. 494) usque ad ριγ' (= ep. 607) fol. 144ᵛ progreditur — sunt ep. 494—499 — et subscriptionem habet τέλος βιβλίον ς'. Succedunt praemissa inscriptione λιβάνιος φιλαγρίῳ numeris priva epistolia septem 608—614 et inde a fol. 145 nova inscriptione λιβανίου σοφιστοῦ ἐπιστολαὶ et numeris α—τϙγ' insignitae epistulae 393 (= ep. 615—1006), quarum initio in margine manu posteriore scriptum est βιβλίον ζ. Folium ultimum 249 paulo post initium ep. τϙγ' (= 1006) desinit verbis εὐδοκίμει δὲ ὅμως (XI 135, 9). Perierunt folia fere 30 quibus teste codice Vossiano ep. τϙδ — υϙη' (ep. 1007—1112) continebantur

Sex libros contemplantibus ordo quidem in epistulis digerendis dispicitur, sed non integer atque intemeratus. Primum enim, si aetatis ratio habetur, vetustissimae sunt epistulae libri V, quippe qui epistulas inde a vere a. 355 usque ad ver anni sequentis scriptas contineat; sequuntur deinceps liber VI, quo epistulae inde ab aestate a. 356 usque ad aestatem a. 357 continentur, liber IV epistulas inde ab aestate a. 357 usque ad hiemem a. 358/9 datas com-

plexus, liber I, qui epistulas inde ab aestate a. 358 usque ad hiemem a. 359/60 datas continet, liber II, qui epistulas hieme a. 359/60 scriptas praebet, liber III, qui epistulas a vere a. 360 usque ad ver anni sequentis datas exhibet! Deinde ne per singulos quidem libros est ordo chronologicus integer servatus, immo vero saltem per libros I—IV epistulis vel posterioribus vel anterioribus insertis interruptus.[1]) Quibus hanc epistularum in sex libros divisionem a Libanio ipso profectam esse, quae fuit opinio Seeckii, redarguitur. Ne septimo quidem qui postea dictus est libro comprehensarum epistularum ordo ut Seeckius p. 24 censuit, etsi melius servatus, e Libanii adversariis integris delibatus est. Nam etsi haec collectio bipartita est, ita ut prior pars epistulas inde ab aestate a. 361 usque ad ver a. 363, altera epistulas inde ab a. 388 usque ad mortem scriptas complectatur, tamen in neutra parte ordo intemeratus est. Aut adversaria iam quando a corporis redactore adibantur, parum integra erant aut corporis compages hic illic soluta est. Quocum convenit, quod ordo epistularum librorum I. II. III non ita multis exceptionibus cum Vaticani 83 libro α′ consentit, librorum IV. V. VI cum eiusdem libro γ′, VII cum libris β′, ε′, ϛ′.

Sed passim codex lectiones praebet ut diversas non solum a *V* (cf. ad ep. 731. 733. 741. 748. 754. 762. 763. 786. 796. 798. 799. 803. 805. 814. 816. 817. 820. 853. 861. 862. 875. 912. 919. 922. 929. 931), sed etiam a *Vo*, ita recte falsoque congruas vel cum *Ath* vel cum *Be*, ut nulla dubitatio esse possit quin ex exemplo ab *a* repetendo, ad quod illi codices eclogarii redeunt, correctus sit. Sed propagines videtur egisse nullas.

Partem priorem codicis contulit Eug. Bormann, reliquam ego.

Ex eodem quo hic exemplari exemplatus est codex

18. Leidensis Vossianus gr. 77 (= Vo) formae folii 474
bomb. sc. XII/XIII, olim Ioannis Chrysolorae teste in-

1) Silomon. l. l.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT
https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized

Digitized by Google
Original from
PENN STATE

scriptione fol. 214 ἰωάνης et ἰωάνης ὁ χρυσολωράς, postea Isaaci Vossii[1]), olim in duo, nunc tria divisus volumina, quorum primum quaternionibus ιε′ fol. 1—103 continet Libanii epistulas librorum I—VI ep. ν′ (= 548), secundum 117 foliis (104—220) Libanii epistulas reliquas, tertium Iuliani scripta.[2]) Marginibus imprimisque superiore folii 1 laceratis inscriptio exceptis reliquiis duarum litterarum τ et ι periit. Huic manu secunda supraposita est inscriptio in duas lineas distributa λιβάνιος
ἐπιστολαί et intra has loco inscriptionis oblitae manu tertia λιβάνιος iteratum est. Tum demum sequitur inscriptio a librario ipso profecta λιβανίου ἐπιστολαὶ α′ (= 1). Cui succedunt epistulae usque ad $\widetilde{\iota\zeta}$ (= 17). Tum demum, quasi hae 17 epistulae non adsint, sequitur inde a medio fol. 3^r liber primus inscriptus $\overset{\iota\lambda}{\beta\beta}$ α̃, qui comprehendit epistulas 18—96, sed integer non est. Nam inter fol. 7^v, quod voce ἐπιστολάς media in epistula ια̃ (= 29) desinit, et fol. 8, quod vocibus ἡ πρὸς τὴν ὁδὸν ὁρμή, quae finem faciunt ep. 1541, incipit, unum folium excidit, quo praeter finem ep. ια̃ epistulae ιβ—ιε′ et initium ep. ις′ continebantur. Nam voces illae ἡ πρὸς τὴν ὁδὸν ὁρμή excipiuntur nova epistula ιζ (= 30). Quae res non potuit fugere viros doctos, qui codicem usurpabant: quorum unus saeculo XV/XVI (= m[3]) in fine fol. 7^v scripsit δοκοῦσιν ἐνταῦθα ἐλλείπειν ἀπὸ τῆς ιάης ταύτης μέχρι τῆς ἑπομένης ιζης οὐ γὰρ συνεχίζεται, alter paulo post (= m[4]) subscripsit ὥστε ζητητέον ταύτης τὸ λεῖπον καὶ τῆς ἑπομένης ἡ ἀρχή, ἴσως δὲ τούτων μεταξὺ καὶ αἱ λοιπαὶ ἔσονται. Post ultimam huius libri

1) Catal. mss. codicum Isaaci Vossii concinnatus a Paulo Colomesio ed. Fabric Pauli Colom. opp. Hamburgi 1709 p. 853 n. 77: *Mille et trecentae Libanii Epistolae, omnes ineditae. Iuliani Apostatae opera omnia.* Post Vossium Spanhemium codicem possedisse falsa fuit opinio Rostgaardi: Vossius tantum codicem ad hunc Parisios miserat.

2) Cobet. Mnem. VIII, 1859, 341 sq. Hertlin. Praef. ad Iuliani opp. t. I p. 3 sq.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT / Public Domain in the United States, Google-digitized https://hdl.handle.net/2027/pst.000007761093
Digitized by Google Original from PENN STATE

epistulam $\widetilde{\pi\gamma}$ fol. 24^{v} aeque atque in Vaticano 85 subscrip-
βλ
tum est *τέλος βι ᾱ ἐπιστολαὶ πγ*: ~ Etiam in sequentibus tribus libris, quorum secundus fol. 46, tertius fol. 69, quartus fol. 89^{v} desinit, plena est cum illo consensio excepto quod subscriptio *τέλος* in fine libri secundi deest. Sed in libro quinto, qui fol. 89^{v} incipit, codex iacturam duorum quaternionum fecit. Nam fol. 95^{v} desinit quidem verbis *καὶ βουλομένοις* ep. *κη′* (= 411), sed fol. 96^{r} incipit verbis *τοῦτο ἔπαθον* ep. *ε′* libri *ϛ′* (= 598), ita ut cum fine ep. *κη′* reliquae usque ad *ρι* epistulae libri V et cum initio ep. *ε′* primae quattuor epistulae libri VI (= 412—496) exciderint. Quae res non magis attentionem lectoris illius saeculi XVI effugit, quippe qui in fol. 96 summo adnotaverit *λείπουσι φύλλα ιϛ′*. Liber sextus fol. 116 aeque atque in Vaticano 85 subscriptionem habet *τέλος βιβλίου ϛ′*. Item aeque atque in hoc succedunt septem epistolia quorum primum inscriptum *λιβάνιος φιλαγρίῳ* (= 608), sed in margine numero *ριδ′* signatum est aeque atque sex reliqua numeris *ριε—ρκ′*. Etiam hoc codici cum Vaticano 85 commune est, quod sequitur sylloga nova epistularum inscripta *λιβανίου σοφιστοῦ ἐπιστολαί*, sed loco inscriptionis in margine Vaticani 85 manu secunda addita *βιβλίον* $\widetilde{\zeta}$ extat hic in margine folii 116^{v} item manu secunda scriptum *ἑτέρα ἀρχή*. Haec autem epistularum collectio, quae epistulas a Libanio sene scriptas continet, non, ut in Vaticano, in fine detruncata, sed integra est. Nam ultima e *υϙη* epistulis fol. 220^{v} (= ep. 1112) in cunei formam exit. Sequitur subscriptio *ἐπιστολαὶ τοῦ λιβανίου χίλιαι εἴκοσι καὶ μία*. Etiam ad sinistram verborum ultimorum *καὶ ἠνοχλῆσθαι* manu secunda scriptum est *ἐπιστολαὶ χίλιαι. τοῦ λιβανίου χίλιαι εἴκοσι καὶ μία*. Correctus est codex quattuor manibus, una librario ipsi satis propinqua (= m^2), quae alio codice usa esse videtur, et tribus recentioribus, quarum vetustissima sc. XV/XVI creberrime conspicitur (= m^3)[1]), altera paulo recentior (= m^4) atramento nigricanti, tertia

1) Haec coniecturas se proponere ipsa verbo *οἶμαι* ep. 72 anteposito indicavit.

recentissima (= m^5) nigro usa est. Scholium a manu 5 profectum νῦν γράψας μὴ γράφων πρότερον in ep. 707 p. 718, 8 in textum Wolfianum irrepsit. Codicem non e *Va*, dum is plenus erat, sed e fonte cum hoc communi manasse magna copia locorum probatur, quibus lectionem genuinam cum Vaticano 83 concinens servavit, *Va* vero ob causam quam supra dixi mutavit, id quod potissimum de collocatione verborum valet. Ne de emendationibus cogites, prohibet multitudo locorum, quos corruptos praebet, cum facillime emendari potuerint. Exemplar vero codici cum *Va* commune iam cum aliis corruptelis tum lacunis iisdem affectum erat quibus Vaticanus 83.

Codicem e parte cum codice Parisino 2962 Regio Maximo contulit Rostgaardus. Ego excussi a. 1871.

Codex plus semel vel excerptus vel descriptus est. Atque in his quidem qui ex eo derivati sunt codicibus tractandis temporis ordinem sequi consentaneum est.

Iacturam quidem illam magnam duorum quaternionum, sed nondum folii unius inter 7 et 8 fecerat, cum ex eo excerperetur codex

475 19. Ambrosianus G. 14 sup. olim T 78 et postea 73 (383 in catal. Martinii et Bassii) (= G) bomb. formae quart. min. litteris admodum minutis diligenter exaratis manu sc. XIII/XIV, olim Io. Vinc. Pinelli, qui continet fol. 72/73—109 eclogam epistularum Libanii, cuius inscriptioni spatium est relictum. Desunt et numeri epistularum et nomina eorum ad quos scriptae sunt ita ut ne lineae quidem inter singulas spatium relictum sit, sed tantum finis signum: ~ extet. Ordo hodie est turbatus. Nam incipit ab ep. 636 et 637, tertia est 369, quam sequuntur epistulae selectae inde a 374 usque ad 643; post hanc demum occurrit ep. 1, quam sequuntur 6. 8. 12. 15. 19. 20. 25. 26. 28 etc. usque ad 1004 et 1006. Debebat esse ordo: 1—368. 369—643. 644—1006. Codicem familiae *Va Vo* esse excerptum inde elucet, quod comm. epist. 11 inter 350 et 351 et ep. 647 inter 644 et 648 id est eo ipso loco excerptae sunt, quo in *Va Vo*,

Digitized by Google Original from PENN STATE
Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT / https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized

non in *V* leguntur. Et codicem e *Vo*, non e *Va* esse excerptum evincitur ep. 500, in qua lectionem codicis *Vo* *τοῦ σοῦ τρόπου καὶ τῆς σῆς σπουδῆς*, non codicis *Va* et *V* *τοὺς σοὺς τρόπους καὶ τὴν σὴν εἰς τὸ θεῖον σπουδὴν* praebet. Raro vel a lectione codicis *Vo* recessit, ut in *ἔσῃ* pro *γένῃ* ep. 502. Desunt epistulae inde a 412 usque ad 496 quae in *Vo* iam perierant. Ut sub finem multas epistulas praeteriit, ita ultra 1006 excerpere auctor omnino praetermisit. Qua e re ne concludas eum non Vossianum, sed Vaticanum 85 ante oculos habuisse, reputes hunc statim post initium ep. 1006 desinere, Ambrosianum vero usque ad verba *μὴ θειοτέρων ὄντα γόνων* progressum esse. Sed folium illud inter 7 et 8 nondum exciderat. Nam inter ep. 28 et 29 extat in fol. 85 excerptum *ἐπειδὴ—πεπείκασιν* (= ep. 31), quod uni ex illis quattuor epistulis perditis *ιβ—ιε'* tribuendum est. De consilio excerpendi si quaeris, auctor nihil nisi ut flosculos e pratis epistularum carperet propositum habebat. Itaque ne integras quidem epistulas omnes exscripsit, sed tantum, quae ei splendebant, sive initium sive medium sive finis erat: quae res Rostgaardum et Wolfium in errorem induxit, ut frustula epistularum pro epistulis novis haberent velut 1159 W., quae nihil nisi pars est ep. 629. Quae redargui ann. Fleckeis. 1876, 499 sq. Quae cum ita sint, in crisi codicem non adhibendum esse nisi ubi *Vo* deficit, apparet. Itaque etiam hoc loco satis habeo indicasse epistulas e quibus loci excerpti sunt: 636. 637. 369. 374. 379. 383. 386. 387. 388. 390. 391. 393. 396. 398. 402. 404. 405. 409. 410. 499. 500. 501. 502. 503. 510. 512. 518. 528. 535. 558. 576. 578. 581. 584. 604. 606. 619. 628. 629. 632. 634. 633. 639. 643. 1. 6. 8. 12. 15. 19. 20. 23. 25. 26. 28. 29. 32. 35. 38. 39. 40. 42. 43. 44. 47. 48. 51. 52. 54. 58 61. 67. 68. 70. 72. 74. 80. 81. 91. 95. 98. 100. 101. 105. 107. 109. 111. 120. 122. 123. 125. 131. 137. 140. 143. 152. 156. 157. 161. 171. 173. 175. 181. 183. 184. 194. 196. 203. 208. 209. 215. 218. 221. 222. 223 224. 226. 227. 231. 235. 236. 237. 238. 240. 242. 246. 251. 254. 268. 279. 281. 287. 299. 300. 310. 312. 315. 316. 324. 325. 326. 327.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized

Digitized by Google Original from PENN STATE

330. 331. 332. 336. 340. 342. 345. 348. 350; comm. ep. 1; 351. 352. 353. 358. 359. 361. 362. 363. 364. 365. 368. 644. 647. 648. 649. 651. 653. 655. 656. 657. 659. 661. 664. 666. 667. 668. 669. 672. 688. 693. 694. 696. 699. 711. 716. 719. 724. 731. 720. 735. 738. 741. 743. 746. 749. 750. 758. 770. 773. 777. 782. 797. 800. 803. 804. 806. 809. 815. 817. 818. 827. 834. 838. 839. 840. 842. 845. 847. 849. 855. 859. 864. 866. 867. 872. 901. 911. 923. 930. 938. 959. 964. 976. 983. 992. 1004. 1006. Denique post excerpta e Platonis Phaedone et Euthyphrone (fol. 111 sq.) extat in fol. 126 (124) ep. 49.

Adhibuit codicem T. 73 nominatum Rostgaardus. Examinavi et excerpsi a. 1870.

Sequitur temporis ratione habita apographum codicis Vossiani, codex

476 20. Parisinus gr. 2962, olim num. 1566, 1707, 2783 insignitus, formae oct. sc. XIV, olim Fonteblandensis[1]), qui continet fol. 1—223 Libanii ep. *α* (= 1) — ϡϙϛ′ (= 1110). Fol. 225 usque ad finem (278) sunt Synesii epistulae (*συνεσίου ἐπιστολαί* m²). Deest epistularum in libros divisio, quin etiam numeratio. Sed manu posteriore numeri epistulis serie continua additi sunt inde a *τς*—*χλβ′* rubricati, non sine erroribus. Desunt epistulae iactura unius folii et duorum quaternionum iam in *Vo* amissae. Praetermissae sunt epistulae, quae in Vossiano detritae erant vel hiabant: 15—17. 29 et 1098. 1100. 1101. 1104. 1105. 1111. 1112. Subscriptio est manus posterioris *τέλος τῶν ἐπιστολῶν τοῦ λιβανίου ὁμοῦ* $\chi^{\alpha\iota}$ *ὁμοῦ* $\overline{o\chi}^{\alpha\alpha}$ *ὁμοῦ* $\overline{o\chi}\,\overline{\alpha}$ *αἱ ἐπιστολαὶ τοῦ ῥήτορος λιβανίου α, α, α*. Codex quem Wolfius Rostgaardum secutus Regium maximum appellavit[2]), summam in crisi vim nactus est. Nam primum

1) In catalogo codicis Parisini gr. 3066 alphabetico a Palaeocappa facto descriptus est s. v. *Λιβάνιος*. *B. λιβανίου ἐπιστολαί. Βιβλίον βου μήκους, ἐνδεδυμένον δέρματι κυανῷ, ἐν ᾧ εἰσι λιβανίου καὶ ἄλλων τινῶν ἐπιστολαί.*

2) Rostgaardus in epistula a. 1738 ad Grammium data: *Scias autem Codicem illum Bibliothecae Regiae Parisiensis primarium non ea de causa quod mole vel forma voluminis reliquos excede-*

Generated at Washington University in St. Louis on 2025-12-04 13:11 GMT / https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized
Digitized by Google Original from PENN STATE

21. editio princeps[1]) (= pr) epistularum sc. XVI, quae 477
s. l. e. a., sed certe Parisiis prodiit et Guilelmi Morelii in Graecis typographi Regii fertur duobus tomis vel *τμήμασι* comprehensa, ex eo fluxit, id quod Wolfium[2]) non fugit, cum ordo et lectiones epistularum congruant. Prius volumen formae quartae inscriptum *ΛΙΒΑΝΙΟΥ ΕΠΙΣΤΟΛΩΝ ΤΜΗΜΑ ΠΡΩΤΟΝ* et quattuor quaternionibus (A—D 4) vel pag. 1—32 comprehensum incipit a *ΛΙΒΑΝΙΟΣ ΚΛΕΑΡΧΩ* (= 1) continetque 54 epistulas (= 1—14. 19—28. 30—60), alterum eiusdem formae inscriptum *ΛΙΒΑΝΙΟΥ ΕΠΙΣΤΟΛΩΝ ΤΜΗΜΑ ΔΕΥΤΕΡΟΝ* item quattuor quaternionibus (*E—H* 4) vel pag. 33—64 comprehensum continet 49 epistulas (= 61—108). Typi sunt iidem, quos ipse in editione *χαρακτήρων ἐπιστολιμαίων* (Parisiis 1558) et Fed. Morellus in editione declamationum et orationum (Parisiis 1608 et 1628) adhibuit.

22. Maturinus Veyssiere La Croze apographum epi- 478
stularum huius editionis hodie rarissimae in usum Wolfii additis iis, quae praeter has extant in codice Berolinensi, fecit, quod hodie in bibliotheca urbica Hamburgensi[3]) asservatur;

23. alterum est in Collectione Fabriciana bibliothecae Uni- 479
versitatis Havniensis 90 n. 2. Plura de eo infra sub num. 192. Usus sum exemplari bibliothecae regiae Berolinensis cum Aldina epistolographorum compacto.

Deinde codex a. 1643 a Nicolao Rigaltio bibliothecario bibliothecae Regiae Parisinae Jacobo Gothofredo Genevam missus ibique bis a Davide Clerico descriptus est:

24. semel in usum Gothofredi ut testatur nota in fronte 480
codicis hodie bibliothecae urbicae Hamburgensis 43[4]) manu Gothofredi posita: *Hunc librum exscripsit mihi summa*

---

ret, sed habito ad copiam et numerum Epistularum respectu Maximum a me appellatum.

1) Infra sub n. 420. 2) Praef. ad Lect. p. 2.

3) Infra sub n. 191.

4) Petersen, Gesch. d. Hamburger Stadtbibliothek p. 70 et 199. H. Omont, Centralbl. f. Bibl. VII 364.

humanitate D. Clericus ex MST. Regio[1]) *quem commodato mihi in hanc urbem miserat V. C. Nicol. Rigaltius A. D. 1643*[2]). Fuit deinceps Antonii de Marville teste inscriptione supra illam posita: *Ex lib. Ant. de Marville Valent. 1694*, Duboisii, Christiani Friderici Boerneri, Wolfii qui codicem ab hoc dono accepit et bibliothecae Hamburgensi legavit. Non omnes continet epistulas, sed tantum 793 auctore Wolfio[3]) vel 796 auctore catalogo manuscripto bibliothecae, nisi id quod statuere malo, in hoc numero 796 error inest librarii 996 scribere volentis.

481 25. Alterum apographum Clericus sibi ipsi fecit. Quod postquam iure hereditatis ad Ioannem Clericum nepotem pervenit[4]), a. 1735 ab Iacobo Philippo D'Orville emptum est, hodie in bibliotheca Bodleiana inter codices Dorvillianos servatur X I. 3, 8[5]). In folio praefixo manu Ioannis Clerici[6]) scriptum est: *Exscripsit hascc Epistolas ex Regio Codice Manuscripto Parisino David Clericus. Huius exemplaris saepe meminit Iac. Gothofredus in Prosopographia*

---

1) Hic est codex ille Regius, e quo locos epistularum Gothofredus in Codice Theodosiano laudavit, velut t. I p. 410.

2) Quocum consentiunt quae dicit Ioannes Clericus nepos Davidis, Bibliothèque Ancienne et moderne t. III part. sec. (Amsterdam 1711) p. 359: *Jaques Godefroi avoit prié autrefois David le Clerc, mon oncle, de lui traduire quelques—unes, des Lettres de Libanius, que j'ai encore écrites de sa main, avec quelques petites remarques de Mr. Godefroi à côté. A cette occasion mon Oncle prit la peine de copier un MS entier des Epîtres de Lib., où il y en a MXIII. C'est une copie d'une exactitude admirable et qui répresente toutes les Abreviations de l'Original, qui est à Paris dans la Bibliothèque du Roi.*

3) Praef. ad lect. p. 3.

4) In Catal. librorum Ioannis Clerici, Amstelaedami 1735 est primus inter codices formae folii: *Libanii Epistolae 1013. Graece, e codice regio parisino exscriptae a Davide Clerico* Cf. F. L. Hoffmann., Serap. XIX 193.

5) Codices Manuscripti et impressi cum notis manuscriptis, olim D'Orvilliani qui in bibl. Bodl. apud Oxonienses adservantur. Oxonii 1806, v. 14.

6) Hoc testatur Dorvillius in Wolfii editione p. 864 col. 1 ad ep. 823.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT
https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized
Digitized by Google
Original from PENN STATE

sua Codicis Theodosiani[1]). *Vide eum in Filagrius*. Sunt epistulae α—αιγ (= 1—1110). In fine legitur: τέλος τῶν ἐπιστολῶν τοῦ λιβανίου ὁμοῦ ὅλαι ͵αιγ΄. Etiam in margine singulis epistulis numeri adscripti sunt, qui debebant esse iusti. Quorum ultimus est 996. Sed ne haec quidem numeratio libera peccatis est.

26. Sed Clericus etiam partem harum epistularum denuo 482
descriptam latine vertit notisque brevibus instruxit. Libellus foliorum 145 eadem via ad Dorvillium et in bibliothecam Bodleianam venit, in qua inter codices Dorvillianos est X. I. 4, 5[2]). Sunt epistulae secundum ordinem alphabeticum nominum eorum ad quos datae sunt digestae numerisque quos in apographo illo pleno gerunt insignitae. Prima est 931, ultima 1075, cuius in fine fol. 140 legitur τέλος. Sed etiam cum latina versione fol. 141—145 leguntur epistulae διὰ σοῦ μεῖζον (Anatolio) i. e. finis ep. 339 (t. X p. 321, 7) et ep. 362. Notae Clerici sunt breves imprimisque generis prosopographici aeque atque eae, quas Gothofredus in margine addidit.

27. Hae vero diversae sunt a ‚Notis αὐτογράφοις Iac. 483
Gothofredi ad Epistolas Libanii ex codice Reg. Paris. a Dan. Clerico descriptas', quae quattuor foliis comprehensae hodie in Collectione Wolfiana Libaniana bibliothecae urbicae Hamburgensis (cod. 43)[3]) asservantur. Hae enim partim exegeticae partim criticae epistulas 1—212 apographi a Clerico in usum Gothofredi facti respiciunt. Mihi descripsit Ern. Rautenbergius, olim commilito et amicus. Pauca proferenda visa sunt.

28. Tertium apographum codicis Parisini factum est ab 484
Ioanne Boivino, quod periisse videtur;

29. quartum Fridericus Rostgaardus Parisiis a. 1696 485
faciendum curavit, ita tamen ut pars, ep. ρθ΄ (= 109) —τκθ΄ (= 339), e Boivini apographo describerentur, ut Rost-

1) Revera de priore apographo cogitandum est.
2) Cf. notam Dorvillii in Wolfii editione Lib. p. 864 col. 1 ad ep. 828. Codices Manuscr. D'Orv. 1. 1. 21.
3) Cf. supra p. 79 n. 24.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT / https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized

Digitized by Google Original from PENN STATE

gaardus ipse in apographo, quod volumine primo apparatus hodie in bibliotheca regia Havniensi servati continetur, ad epistulam ϱϑ′ adnotavit: „*Haec est prima epistola earum quae ad apographum Dni Ioannis Boivinii descriptae sunt, ultima autem est τκϑ′ Ἀνατολίῳ· Καλά γε σοι τὰ πεπραγμένα.*“ Rostgaardus hic illic lectiones varias codicum Ambrosianorum, Laurentianorum, Vaticanorum, Mutinensium, Casanatensis, Bodleianorum, Vossiani, Parisinorum in margine adnotavit. Wolfius non codice ipso, sed apographo Rostgaardiano pro fundamento editionis Amstelaedamensis epistularum quae in eo extant ordine fere retento usus est.

Ultimo loco proferatur codex e Parisino Regio Maximo non quidem descriptus, sed excerptus

30. Vaticanus Palatinus gr. 275[1]) post a. 1463 exaratus a Michaele Apostole, qui fol. 98^{v}—176^{v} eclogam praebet 200 epistularum inscriptam *λιβανίου σοφιστοῦ καὶ κοιαίστορος ἐπιστολαί*, quarum prima ep. 1, ultima aeque atque in Parisino ep. 1110 est. Aeque atque in illo librorum divisio deest; numeri epistularum cum nominibus eorum ad quos datae sunt serie continua ab α′ usque ad σ′ rubricati sunt. Ordinem servant Parisini excepto quod ep. 247 demum inter 923 et 924 atque ep. 610 inter 1051 et 1068 postmodo locum invenerunt. Singulis quae eo continentur epistulis hoc loco enumerandis supersedere possumus. Examinavi.

II. Secundum locum inter codices e Vossiano descriptos tenet

486 31. Vaticanus Urbinas gr. 127 chart. formae quart. mai. ab eodem illo Michaele Apostole exaratus teste subscriptione fol. 219 *μιχαῆλος ἀποστόλης βυζάντιος· μετὰ τὴν τῆς αὐτοῦ πατρίδος ἅλωσιν πενία συζῶν καὶ τόδε τὸ βιβλίον ἐξέγραψεν.* Inscriptio fol. 1 est *λιβανίου σοφιστοῦ καὶ κοιαίστορος ἐπιστολαί*: Statim sequuntur ep. 1—17. 19—28. 30 —96. Hae efficiunt librum primum. Epistulas 17 in *Vo* praemissas cum epistulis *πγ* libri ipsius in unum coniunxit. Praeteriit ep. 29 in *Vo* superstitem ut fragmentum. Epistu-

1) Cf. t. II 192 n. 42.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT / Public Domain in the United States, Google-digitized
https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093

Digitized by Google
Original from PENN STATE

larum in *Vo* uno folio amisso perditarum nulla ratione habita non numeros *ιβ* usque ad *ιϛ* transsiluit, sed ab *ια* ad *ιβ* transiit. Numerum *ξζ* in illo inter *ξϛ* et *ξη* omissum adhibuit. Succedunt fol. 22v *λιβανίου σοφιστοῦ καὶ κναίστορος ἐπιστολῶν βιβλίον δεύτερον*, et inscriptionibus cum antecedente congruis instructi fol. 43 liber tertius, fol. 67 liber quartus, fol. 90 liber quintus, fol. 117v liber sextus, qui desinit fol. 219 epistula 1110. Concordant cum *Vo* excepto quod duae ultimae huius codicis ep. 1111 et 1112 pariter atque in Parisino 2962 ut nimis hiantes praetermissae sunt. In epistula 1101, quam *Vo* solus servavit, eandem quam ille lacunam praebet, sed etiam *τὸ* ante *συντεθὲν* in illo superstes omisit. Examinavi.

Ex Urbinate maximam partem derivatus est codex

32. Vindobonensis Medic. XVI (olim 35) chart. for- 487
mae folii diversis manibus sc. XV exaratus miscell. ab Augerio de Busbecke comparatus Constantinopoli teste inscriptione fol. 1, qui fol. 35—42v libri I epistulas 1—43 praebet excepta 29 rubricatas *λιβανίου σοφιστοῦ ἐπιστολαί.* Deest ut in Urbinate indicatio libri I. Desunt etiam nomina eorum ad quos datae sunt. Numeri additi sunt tantum *α* —*ζ'*, sed *γ'* omissus in ep. 3 et appositus epistulae 4, reliqui desunt. Ep. 43 cum fol. 41r desinit in voce *ὑπολαμ*[*βάνω*] (X 41, 10) iuxta quam in margine legitur *Ζη̄τ'* et fol. 41v incipit *ι'* (= ep. 617). Sequuntur ep. 499. 325. 327. 331. 333, quae sumptae sunt e collectione Lacapeniana *β* —*ζ'*. Examinavi.

Sed etiam ad excerpendum codex Vossianus saeculo XV plus semel adhibitus est, ac primum quidem ab auctore syllogae epistularum, quam praebet

33. Vindobonensis phil. gr. XC (olim IIIC 30)[1]) 488
(= Vind) membr formae folii ex *ιη* quaternionibus vel 140

1) Est codex quem nullo numero insignitum membranaceum dixit P. Lambecius in Liban rhet. Antioch. epp XII, Francof. et Lips. 1707, 54 sq. Wolfius initia tantum epistularum a Tresenreutero exscripta nactus est, e quibus pauca, velut ad ep. 554 (*e Vindobonensibus membranis*), protulit.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT
https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized
Digitized by Google
Original from PENN STATE

foliis constans, olim Sebastiani Tengnagelii, inscriptam *λιβανίου σοφιστοῦ ἐπιστολαί.* Epistulae *α—σξδ′* sunt collectionis Lacapenianae (cf. infra sub n. 115). Quae vero succedunt ep. *σξε′* (= comm. ep. 11) — *υιζ′* (= 990) et *υιη′* (= 918), e libris *δ′*, *ε′*, *ϛ′*, *ζ′* codicis *Vo* ordine fere non turbato excerptae sunt. Id inde evincitur, quod lectiones falsas codicis *Vo* proprias praebet, ut *βασῖνον* pro *σαβῖνον* ep. 339 (X 319, 20), *ἀφεστάσι* ep. 341 (323, 10), *οὐδὲ πώποτε* ep. 346 (326, 10), *διὰ* ep. 595 (555, 14) *ὅταν* ep. 692 (625, 12), *ἃ* ep. 702 (637, 2), in inscriptione ep. 560 compendium syllabae ultimae parum percepit itaque praetermisit. Sed etiam omnes quas hic codex a manibus 3, 4, 5 correctricibus recepit correctiones in textu exhibet De correctore huius codicis infra pluribus agetur. Examinavi.

E libris *δ—ζ′* codicis Vossiani excerpta est pars quarta syllogae epistularum, quam continet codex Laurentianus LVII 19, sed de hoc infra sub n. 82 pluribus agetur.

E libris *ζ′* et *δ′* codicis *Vo* excerpta est ecloga prior, quam praebet codex chart. pluribus manibus saec. XV exaratus

34. Varsaviensis Zamoscianus[1]) (= Z_I) fol. 125—138 inscriptam *Λιβανίου Σοφιστοῦ Ἐπιστολαί* atque ita, ut epistulae libri *ζ′* priore loco ordine inverso excerperentur: 1108. 1107. 1047. 1048. 1050. 1051. 1052. 1059. 1060. 1061. 1063. 1075. 1080. 1083. 1087. 1110, sequerentur epistulae libri *δ′*: 267. 278. 281. 287. 288. 298. 300. Ep. 1050 (XI 174, 15) Z_I verba *καὶ παρενεγκοῦσα* in lacuna 21 litterarum a Vo^3 suppleta nullo lacunae indicio omisit, item ep. 1051 (XI 175, 13 sq.) *τεθραμμένος*; at ep. 1087 lacunam, quae in *V* et *Vo* post *γενέσθαι* (XI 203, 1) extat, explet verbis *ταῦτα ἃ νῦν ἀκούση*, sed haec non genuina, sed autoschediasma esse in aperto est. Contuli.

Sed eclogam huius codicis parum integram esse ostendit codex

480 35. Escurialensis R—III—25 (55 in catal. Milleri) chart. formae quart. a. 1597 descriptus, in quo fol. 59—74

1) Cf. t. VI 343 n. 244. Mus. Rhen. LIII 547 sq. Reliquas huius codicis syllogas infra sub n. 60 recensebo.

illam epistulam sequuntur epistulae 30 ordine inverso e *Vo* excerptae: 1004 (sed haec demum a verbis *γνώμην ταύτην* excipiens). 995. 965. 962. 945. 911. 909. 907. 819. 809. 810. 804. 802. 796. 763. 756. 741. 736. 735. 732. 731. 694. 663. 659. 651. 650. 639. 571. 561. 558, sed in codice numeris *ϱιγ—ϱμβ'* signatae. Cf. infra sub n. 61. Examinavi.

E libris *ϛ'* et *ζ'* codicis *Vo* — nam codicis *Va* nullam in posteriores efficaciam fuisse supra dixi — electa est pars altera syllogae epistularum, quam praebet

36. Escurialensis T—II—15[1]) sc. XVI fol. 110—130 inscriptam *Λιβανίου σοφιστοῦ ἐπιστολαί*. Est sylloga bipartita. Fol. 110 enim continentur primae quinque epistulae collectionis Lacapenianae (cf. infra sub n. 123), fol. 112—130 (fol. 111 vacuum relictum est) 70 epistulae numeratae *τ—το'* electae e libris *ϛ'* et *ζ'* huius familiae (= ep. 585—820). Sed haec desinit verbis *εἴσονται δὲ πάντες* (X 742, 15), quibus custodis loco addita sunt *ὃ δώσεις*. Singulas epistulas enumerare hoc loco inutile videtur. Inspexi.

Singularis est condicio codicis, qui ad *Vo* redit, sed ordinem epistularum prorsus mutuatum exhibet. Qui est

37. Ambrosianus E 81 sup. sc. XV[2]) fol. 261—268 inscriptus *λιβανίου ἐπιστολαί*. Sunt ep. 528. 533. 500. 318. 317. 272. 268. 667. 526. 550. 585. 329. 321. 323. 618. 356; comm. ep. 11; 11. 2. 3. 209. 5. 39. 322. 22. 211. 324. 647. 648. 538. 649. 80. 312. 212. 600. 601. 247. Intermissa declamatione *παράσιτος ἐπὶ δεῖπνον κληθείς* (fol. 269—271^r) sequuntur fol. 272^v—275^v alia manu exaratae ep. 578. 98. 804. 1232. 1330. 1113. 1200. 663. 352. 197. 382. Denique alia manu exaratae extant fol. 296^r ep. 73 (Libanii nomine priva), quae desinit cum fol. 296^r in verba *σὺ δὲ κρινό*[*μενος*] (X 74, 8) et fol. 310^v ep. 679. 136. 1153. 100. Etiam fol. 186^v extant Libanii nomine priva epistolia 74. 79. 547[3]). Ad *Vo* hunc codicem redire sequitur cum e tota ecloga epistularum tum ex ep. 647 ante 648 collo-

1) Cf. t. V 7 n. 167. 2) Cf. t. V 294 sq.
3) Martinii et Bassii Catal. p. 332.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT / Public Domain in the United States, Google-digitized
https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093
Digitized by Google Original from PENN STATE

cata. Ep. 2. 3. 5 in *Va* desunt. De fol. 310^v cf. infra sub n. 209. Examinavi.

Ex initio eclogae Ambrosiani E 81 excerpta est ecloga septem epistularum, quam praebet

38. Laurentianus S. Marci 308 sc. XV[1]) fol. 134 et 135. Sunt rubricatae *ἐπιστολαὶ λιβανίου σοφιστοῦ* 528. 533. 317. 500. 277. 268. 550[2]). De epistulis collectionis Lacapenianae cf. infra sub n. 148. Adhibuit Rostgaardus, cuius copiis parum diligenter usus eum Venetum Marcianum F. 7 appellavit Wolfius in praefatione; cf. Rel. Acad. Berol. 1885, 904 sq. Mea gratia inspexit Henricus Rostagno.

E Laurentiano vero descripta est pars codicis

39. Matritensis N—130 sc. XVI[3]) (fol. 166—188^r), in qua septem illae epistulae cum eadem inscriptione eodem ordine 182^v—184^r exhibentur cum subscriptione *τέλος ὁ θεὸς διδοὺς τὴν χάριν: ~ δόξα αὐτῷ εἰς τοὺς αἰῶνας:* De fol. 186—243 cf. infra sub n. 149. Inspexi.

III. Fontem vero primarium quidem secutus est Vossianum, sed etiam Vaticanum gr. 1323 adhibuit codex

490 40. Mutinensis II F 4 (CLXIX) chart. formae folii sc. XV exaratus, Mutinensis A Rostgaardi Wolfiique. Librarius epistulas 17 in *Vo* praemissas omnino omisit. Fol. 1 incipit ep. 20. Excidisse statuendum est folium primum, quod praeter inscriptionem continebat ep. 19. Inscriptio, quae hodie fol. 1 post *ἀριστιαινέτῳ* legitur *λιβανίου ἐπιστολαί*, manus posterioris est. Sequuntur ep. 21—28 ut in *Vo.* Sed inter 28 et 29 insertae sunt epistulae sex 1131. 1132. 1133. 1134. 1136. 1137 quae sunt in Vaticano gr. 1123, codice ad Athoum itaque ad archetypum *a* referendo, ep. *ιζ—κβ'*. Sequuntur ep. 30—80 ut in *Vo.* Sed inter 80 et 81 (*ξη'*) inserta est quoniam numerus *ξζ'* est praetermissus, ep. 1138, quae est proxima in Vaticano 1323 (*κγ'*). Sequuntur ep. 81—96 ut in *Vo.* Subscriptio par est atque in *Vo: τέλος βιβλίου α̅. ἐπιστολαὶ π̅γ̅.* Item pariter se atque in *Vo*

1) Cf. t. VI 499 n. 246.
2) Rostagno e Festa, Indice dei codici greci Laurenziani 181.
3) Cf. t. I 428 n. 75.

Generated at Washington University in St. Louis on 2025-12-04 13:11 GMT / https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized
Digitized by Google
Original from PENN STATE

habent *βιβλία β͂ον, γ͂ον, δ͂ον*. Cum autem *βιβλίον ε͂* in *Vo* a *ζ'* demum epistula (390) incipiat, librarius iterum inseruit suo Marte damnum resarciens ante hanc sex epistulas, quae in Vaticano 1323 illis succedebant: 1142, 1146, 1149, 1150, 1152, 1154[1]). Quae sequuntur ep. 390—614 eaedem sunt atque in *Vo*, cum ultimae septimae epistulae quae in *Va* non numeratae sunt, numeros eosdem atque in *Vo ριδ—ρκ'* gerant. In fine vero, etsi cum fine libri V initium libri VI iam in *Vo* exciderat, subscriptio *τέλος βιβλίου ϛον* retenta est aeque atque inscriptio collectionis sequentis *λιβανίου ἐπιστολαί*. Atque ultima huius collectionis epistula pariter atque in *Vo* in cunei formam exit. Nihilominus librarius huic e Vaticano 1323 succedere iussit epistulas *υϟθ'* usque ad *φκγ'* 1199. 1202. 1205—1230. 1236. 1237; 1182 W.[2]); 791. 849. 868. 891. 906. 944. 957. 1238. 432. 476. 473. 481. 493. Post hanc in fol. 240r scriptum est *τέλος*; fol. 240v vacuum mansit. Inde a fol. 241 sequuntur epistulae Phalaridis aliorumque. Examinavi.

Descriptus vero est e Vossiano, postquam hic manum correctricem tertiam expertus est: nam ep. 1050 praebet lectionem *καὶ παρενεγκοῦσα*, quam haec in lacuna 21 litterarum a librario relicta posuit. Wolfius ep. 1160—1182 ex eius apographo Rostgaardiano sumpsit.

Eclogam epistularum ex hoc codice Mutinensi, cuius duo extant apographi, prius factam continuit codex

---

1) Has sex epistulas non e fonte genuino hodie deperdito transsumpsisse librarium codicis Mutinensis iam Rostgaardus perspexit adnotans in fine ep. 389: *huic codici parum fidem habeo ex quo vidi magnam lacunam quae occurrit sub finem libri V et initium libri VI in eodem codice perperam esse resarcitam insertis nimirum non tantum paucioribus epistolis sed et longe diversis ab eis quae habentur in antiquissimo codice Vaticano septingentorum annorum quem cod. Vat. A vocamus et in codice Vaticano B.* — Ceterum quam Puntonius (Ind. codd. graec. bibl. Mutin., Studi ital. di filol. class. IV p. 491) credidit ineditam, epistula in folio 103 inscripta *τατιανῷ* et incipiens verbis *οὐ χαίρειν ἡμετέροις* non est inedita, sed ep. 1197 *Δατιανῷ· τοῦ χαίρειν*.

2) Haec epistula etsi nihil nisi repetita ex epistula 747 est, ex hoc codice in editionem Wolfianam transiit. Contuli.

491 41. Bernensis 459[1]), 110 in catal. Omontii[2]), chart. formae oct. sc. XVI olim Henrici Stephani, cuius nomen *Ἑρρίκου τοῦ Στεφάνου* in imo margine folii 47 legitur, tum Petri Danielis, qui indicem praemisit, denique Iacobi Bongarsii. Folia quae epistulas Libanii continent 47—53 singularem efficiunt fasciculum. Prima epistula est 19, cui Daniel praescripsit: „*Ex epistola ad Anatolium quae incipit Ἀνέγνων τοῖς φίλοις*"; sequuntur *κᾱ* (= 35), *λε̄* (= 49), *ξᾱ* (= 75), *ξη̄* (= 81), s. num. *Μοδέστῳ* (= 101), *ξε̄* (= 161), *ξζ̄* (= 163), *οᾱ* (= 167), *οβ* (= 168), *π* (= 176), ϙς′ (= 192), s. num. *Μοδέστω* correctum in *Εὐσεβίῳ* (= 218), *ιζ* (= 220), *ιη̄* (= 221), *μϑ* (= 251), *νγ̄* (= 255), *ξ* (= 369), s. num. *Καλυκίῳ* (= 379), s. num. *Ἀνατολίῳ* (= 391), *κβ* (= 405). Desinit folium ultimum verbis *πολῖται καὶ ξένοι*, quibus custodis loco additum est *καὶ ταύτῃ*.

Mea gratia excerpsit Herm. Hagen.

Ad idem exemplar redit alterum apographum, quod praebet codex

492 42. Parisinus gr. Suppl. 249 chart. (124 × 84 mm.) a. 1568 et 1569 exaratus[3]), olim Petri Danielis Huetii, deinde domus professae collegii societatis Iesu Parisini, miscell. Excerpta inscripta *Ἐκλογαί τινὲς ἐκ τῶν τοῦ λιβανίου ἐπιστολῶν* continentur fol. 257—263. Quorum primum est ep. 19 (X 13, 7 *ἀλλ' ᾧ χρῶμαι*), sed iam desinit verbis *μᾶλλον ἄρχων ἢ* (p. 14, 20 sq.). In margine sinistro adscriptum est *ἐκ τῆς πρώτης ἐπιστολῆς*, id quod solum ad ep. 19 in codice Mutinensi hodie deperditum quadrat. Sequuntur eaedem atque in Bernensi epistulae excepto quod ep. 101 praemissum est: *βιβλίον β* et ep. 218 inscripta est: *ις* lib. 3 *εὐσεβίῳ* et iam verbis *πρὸς ταῦτα μαχομένους* (X 200, 14 sq.) desinit. Quae vero huic in Bernensi succedunt epistulae, hic omnino desunt. Descriptionem codicis Alfredo Iacobo debeo.

---

1) Catalogus codicum Mss. bibl. Bern. cur. I. R. Sinner, Bernae 1760 t. I 507. H. Hagen, Catal. codd. Bern. 401.

2) Centralbl. f. Bibl. III 424.

3) Omont, Inv. somm. des manuscr. gr. de la bibl. nat. III 288.

IV. Iam ad ultima codicis Vossiani fata pervenimus. Sub finem saec. XVII ab Isaaco Vossio Parisios missus est. Ezechiel Spanhemius eum a Gothofredo Starckio[1]) describendum curavit.

43. Apographum hoc reperitur inter manuscripta Span- 493
hemiana (ms. Spanh. 51: Abschriften u. Auszüge aus griech. Mspten.) a. 1701 in bibliothecam regiam Berolinensem[2]) ingressa. Sed describendi opera iam fol. 17 in ep. ξϑ' libri primi (= 82) vocabulis τούτῳ πειθόμενος (X 83, 19), quibus fol. 20r in *Vo* desinit, finem invenit. Inspexi.

44. Apographum in usum Wolfii fecit Maturinus Veys- 494
siere La Croze ad illum locum adnotans: *hoc loco desinit cod. Spanhemianus nec plures epistolas descriptas habet.* Quod hodie in bibl. urbica Hamburgensi servatur. Cf. supra p. 79 n. 22.

45. Eodem fere tempore e *Vo* descriptae sunt etiam ep. 495
1—18, id est in illo praemissae sunt libro primo et prima libri primi, quae continentur codice, qui hodie est inter Ioannis Ernesti Grabii († 1711) Adversaria bibliothecae Bodleianae 21 fol. 1 sq. Inspexi.

V. Denique postquam codex Vossianus bibliothecam Leidensem intravit, a. 1720 ab Hermanno Samuele Reimaro descriptus est. Cuius schedae hodie continentur

46. codice bibliothecae Universitatis Havniensis 496
collectionis Fabricianae 142. Codex formae quart. inscriptionem quidem fert fol. 1: *ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ ΛΙΒΑΝΙΟΥ, ἀπὸ ex Codice Bibliothecae Lugduno Batavae (p. 395 n. 77 catalogi). Descripsit summaque cum fide contulit HSRei-*

---

1) Wolfius (Hamburg. bibl. urb. Auct. class. p. 87. 4°): *Qui hic appellatur Cod. Spanhem. is in Bibl. Spanhem. extans epp. habet manu Gothofr. Starckii descriptas, quod intellexi ex litteris Cl. La Croze a. 1734 20. Septembr. ad me datis.* Cf. responsum Wolfii die 18 Ian. 1735 (Thesaur. epistol. Lacroz. t. II (Lips. 1743) p. 262): *Gratias tibi ago pro notitia epistolarum Libanii, quas Gothofr. Starckii τοῦ μακαρίτου manu descriptas in bibliotheca Spanhemiana servari benevole significasti. Earum apographum liberalitati tuae debeo.*

2) Cf. Wolfii praefat. fol. 2 et Wilken, Gesch. d. Königl. Bibl. zu Berlin 57.

Generated at Washington University in St. Louis on 2025-12-04 13:11 GMT / https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized
Digitized by Google
Original from PENN STATE

marus Lugd. Bat. CIƆIƆCCXX. Sed Reimarus non omnes illius codicis epistulas integras exemplavit, sed earum, quas ex apographis Olearii[1]) epistularum et Berolinensibus i. e. e codicibus Baroccianis gr. 4. 9. 56. 50. Bodl. Misc. 38. Berolinensi qu. 3 (= 302) factis descriptas penes se habebat, nihil nisi nomina eorum ad quos datae sunt, initia et exodia descripsit lectionesque tantum discrepantes Vossiani in margine adscripsit, ut ipse in folio 1 testatur: *NB 1. quarum initium et finem hic tantum vides, collatae sunt vel cum Fabricianis vel Berolinensibus, ubi semper signum LB. lectionem nostri codicis notat.* Postquam talem in modum epistulas codicis Vossiani modo integras modo truncatas fol. 1—251 cum subscriptione e Vossiano petita *ἐπιστολαὶ τοῦ λιβανίου χίλιαι εἴκοσι καὶ μία* praebuit, sequuntur primum fol. 253—387 epistulae ineditae ex apographo ab Oleario in usum Fabricii e Baroccianis facto a Reimaro descriptae[2]) et lectionibus discrepantibus Vossiani instructae, deinde fol. 389—450 eundem in modum epistulae ex apographo Lacroziano codicis Berolinensis non secundum huius, sed Vossiani ordinem descriptae. Reimarus apographum suum Wolfio utendum concessit[3]).

Codicem N. Madvigio gratiose intercedente Vratislaviam missum examinavi.

Haec quidem de codicis *Vo* propaginibus.

Iam nos vocant duo illi codices, quos iam supra (p. 71) dixi fontem habere communem (*d*) cum exemplari e quo *Va* et *Vo* fluxerunt, Mo_{I} et Ma_{I}.

Compendio vero Mo_{I} significo syllogam priorem duarum collectionum, quas praebet codex

497 47. Mosquensis gr. 459, olim 316 (CCCIII in catal. Matthaei) chart. sc. XV, olim monasterii Iberorum montis Athoi, e quo a. 1654 per hieromonachum Arsenium Mosquam transvectus est testibus inscriptionibus fol. 1 *τῶν ἰβήρων* et *Arsenius* — *μ̄*. Continet duas collectiones epi-

1) Infra sub n. 159. 161.
2) Infra sub n. 161. 3) Infra sub n. 193.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT / https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized
Digitized by Google Original from PENN STATE

stularum Libanii, priorem fol. 283—378, alteram fol. 379—416. Prior rubricata est *ἐπιστολαὶ λιβανίου ῥήτορος καὶ σοφιστοῦ*, altera *λιβανίου σοφιστοῦ καὶ ῥήτορος ἐπιστολαί*. Prior, quae hic in censum venit (= *Mo*I), continet ep. 615—858, i. e. epistulas electas ex appendice, quae in *Va* manu secunda inscripta est *βιβλίον ζ'*, in *Vo ἑτέρα ἀρχή*, atque ita quidem, ut aeque atque in *Va Vo* inter 646 et 648 legatur 647. Inde a manu secunda in margine sunt rubricatae (*β* — *σμε'*). Ultima (*σμε'*) cum fol. 378 desinit verbis *ἢ σιωπᾶν ἀνάγκη* (XI 15, 20); folia sequentia, quibus finis huius epistulae et reliquae (*σμς* — *υϙη'*) continebantur, perierunt. In plerisque cum *Va Vo* facit velut in verbis *τὰ ἄλλα εὖ θησόμενος* ep. 821 (X 743,8) omissis, quin etiam numeros *σμγ*—*σμε'*, quos epistulae 856—858 in his gerunt, in margine exhibet, sed neque e *Va* ipso neque e *Vo* fluxit; modo enim cum hoc modo cum altero concinit. Sed sunt etiam crebri loci, quibus cum neutro eorum faciat, nam multa verba ab utroque eorum omissa servavit velut *ἢ* — *ἀγόντων* ep. 655 (X 598, 2) (cf. ep. 665, 711, 773) et in lectionibus rectis contra illos conspirat vel cum *V*, ut ep. 857 *ῥήτωρ ὢν ἀγαθὸς* (XI 14, 15) vel cum codice Athoo, qui ad archetypum *a* redit ut ep. 798 (X 719, 5). Rariores sunt loci, quibus ipse novavit, ut ep. 827 *ἡδέως* pro *οἰκείως* (X 747, 3) exhibens et ep. 786 lacunam in archetypo relictam suo Marte verbis *πρὸς ἄλλον* explens (X 708, 9). Ab apparatu igitur critico abesse non potuit.

Codicem a. 1777 Christ. Frid. Matthaei cum editione Wolfiana contulit lectionesque ab hac discrepantes una cum lectionibus alterius syllogae in fasciculum congessit, quem postea Friderico Iacobsio misit. Ex huius possessione ad Duebnerum, tum ad Iulium Adertum Genevensem pervenit. Fasciculum ab hoc mihi missum exemplavi. A me huius filio redditus hodie, credo, in bibliotheca Genevensi asservatur[1]). Iam antea a Theodoro Korsch apographa non-

1) [In hanc bibliothecam fasciculus non pervenit. Ubinam sit, nescitur. Ceterum agitur, ut a bibliothecario huius bibliothecae edoctus sum, hic item atque t. VIII 590 non de Iulio,

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT / https://hdl.handle.net/2027/pst.000007761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized
Digitized by Google
Original from PENN STATE

nullarum epistularum et initiorum omnium codicis ipsius nactus eram.

De altera sylloga huius codicis (*Mo*$_{II}$) infra sub n. 95 verba fient.

E *Mo*$_{I}$ descriptus est codex

498 48. Vaticanus Palatinus gr. 146 chart. formae oct. sc. XV, qui continet fol. 233—252 inscriptione, cui tamen spatium relictum est, carentes 46 epistulas (615—660), quae cum fol. 252 in verba *πρὸς Λυσίμαχον εἶπον* (XI 603, 2) desinit. Reliqua perierunt. Scriptura bona quidem, sed hominis graecae linguae parum gnari est. Itaque peccata codicis Mosquensis non solum reddidit, sed etiam auxit. Examinavi.

Alter codex, qui e *d* fluxit, est sylloga prima e tribus quas continet codex

49. Marcianus gr. 441[1]) (= Ma) sub finem sc. XIV nitide exaratus. Epistulae inscriptae *ἐπιστολαὶ λιβανίου σοφιστοῦ* fol. 3—198 comprehensae quattuor manibus eiusdem aetatis exaratae sunt: *α—σπβ'* (fol. 1—112^{v}) prima, *σπγ—τι'* (113—122^{v} usque ad ep. 143 (X 140, 10) *τῶν μουσῶν ἔοικεν*) secunda, epistulae fol. 122^{v}—146 tertia, fol. 147—198 quarta. Nomina eorum ad quos epistulae datae sunt, numeri marginales, litterae initiales earum rubricata sunt. Hic illic correctus est manu secunda. Universae[2]) sunt epistulae 481: prima est ep. 222, ultima 651. Ac prima quidem pars (*α—ρμδ'*) e codice *d* excerpta est, sed ep. 120—132 ex ecloga Lacapeniana insertae sunt. Secunda pars (*ρμε—σπβ'*), cuius prima est ep. 375, ultima 1133, ex eodem quo Vaticanus gr. 943 exemplo excerpta est. Tertia pars (*σπγ—υπα'*), cuius prima est ep. 617, ultima 651, e sylloga Lacapeniana fluxit, sed sub finem iterum nonnullae ex exemplo Vaticani 943 insertae sunt. Inde quod plures syllogae in unam conflatae

---

sed de Iacobo Adert ⟨*„ancien Directeur du « Journal de Genève.»“*⟩ E. R.]

1) Cf. t. VIII 13 n. 280.

2) Initia epistularum et nomina eorum ad quos datae sunt, sed haec latine in catalogo bibliothecae Marcianae Zanettiano publici iuris facta sunt.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT / Public Domain in the United States, Google-digitized
https://hdl.handle.net/2027/pst.000007761093

Digitized by Google Original from PENN STATE

sunt, factum est, ut singulae epistulae (velut 197 in prima et tertia parte) bis occurrant.

Ac prima quidem sylloga, de qua hoc loco quaeritur, ita e *d* excerpta est, ut antecedant epistulae excerptae e libris γ, δ, ε, ς′, succedant excerptae e libris α et β′. Hic quoque fontem comm. ep. 11 inter 346 et 367 collocata monstrat. Sed neque *Va* ipsum neque *Vo* exemplari fuisse multa probant, e quibus pauca protulisse satis erit. Ep 221 (X 204, 11) pro *τροφὴ ἄκριος* lectione corrupta codicum *Va Vo* recte cum *VS* praebet *τροφεῖα κριοῦ*; item ep. 255 (X 244, 10) *ἐποίουν* et *ἂν* (ib. 11) quae in *Va Vo* omissa sunt; ep. 571 cum *V* *ὄνομα* quod in illis in *ὂν* corruptum est. Sed ut ep. 1045 (XI 169, 16) lacunam in archetypo relictam suo Marte verbis *ἀκούειν ἐῶν* explevit, ita plurima sunt temeritatis specimina. Cum accedant haud pauca neglegentiae peccata, lectiones eius non ubique, sed ibi tantum, ubi *Va* et *Vo* deficiunt vel singulari modo inter se differunt, proferre visum est.

Notitiam eius, non collationem habuit Rostgaardus, qui nihil nisi haec verba praebet in Apparatu: *Cod. B. Marci 4 Arm. 2 est in membrana in 4°. continet epistolas υπα manu trecentor. annor. exaratus. in initio legitur κτῆμα βησσαριῶνος καρδιναλέως του των τουσκλων.* Quibus Wolfius in praefatione editionis usus est codicem M a r c i a n u m q u i n t u m appellans. Ego a. 1869 et 1870 examinavi.

Hic quoque codex in posteriores singulari vi fuit. Plus semel descriptus est. Apographum eius plenum ac nitidum praebet

50. P a t a v i n u s bibliothecae s e m i n a r i i CXXXVII chart. 499
formae quart. sc. XVI olim teste inscriptione fol. 1 I o a n n i s A n g e l i A u g u s t a n i d e R o b i n o. Titulus deest. Nomina eorum ad quos epistulae datae sunt rubricata sunt. Inspexi.

Item e Marciano descriptus est codex

51. L a u r e n t i a n u s A s h b u r n h a m i e n s i s 274[1]) chart. 500
formae quart. (21 × 16 cm.) sc. XV, antea P e t r i P h i l i p p i

1) Rostagno e Festa, Indice dei codici greci Laurenziani non compresi nel catalogo del Bandini (Stud. ital. di fil. class. I) 205.

Pandolfini, qui Venetiis Musuri discipulus, a. 1483 vero decemvir Florentinus fuit[1]), Ioannis Saibanti et Gianfilippi Veronensium[2]), denique inde ab a. 1842 Comitis de Ashburnham[3]). Inscriptus est *ΛΙΒΑΝΊΟΥ ΕΠΙΣΤΟΛΑῚ.* Numeri epistularum desunt. Continet tantum 185 epistulas. Nam opera librarii fol. 72 media in ep. 436 (X 429, 10) verbis *ἀδικεῖν οἶμαι ἄλλως τε* desiit foliaque duo ultima vacua relicta sunt.

Mea gratia examinavit codicem a Comite de Ashburnham in Museum Britannicum missum E. Maunde Thompson.

Deinde scholarum in usum ecloga e Marciano facta est. Cuius duae extant propagines, codices Riccardianus et Parisinus. Ac paulo plenior est

501 52. Riccardianus gr. 95[4]) membr. formae sext. dec. sc. XV/XVI nitide manu discipuli in Italia exaratus, qui post *ὁ λόγος τοῦ λουκιανοῦ. Περὶ τοῦ μὴ ῥᾳδίως πιστεύειν διαβολῇ* (fol. 1—16) continet fol. 17—34^{v} epistulas 26 inscriptas *λιβανίου ἐπιστολαί ἐν τῇ πόλει γεγραμμέναι* hic illic glossis scholiisque interlinearibus instructas. Prima inscriptione priva aeque atque eae, quas litteris cursivis insignivi, est 408. Sequuntur 103. 972. 351. 355. 19. 809. 511. 617. 22 (inscripta *λιβανιος αυξεντίω χαιρειν*). *1041. 49.* 268 (inscripta *λιβανιος τῶ γερμανῶ χαιρειν*). *397.* 398. 547. *379. 54.* 128. 317. 227. *235.* 105. 442 *366.* 244, cuius in fine legitur *τέλος*. E sylloga multo ampliore eclogam esse factam testantur numeri *μ΄. μα΄. νϛ. σλδ. σνγ. τπθ* ad oram epistularum 397. 398. 547. 379. 54. 128 rubricati: Qui sunt numeri codicis Marciani 441. Excerpsit Bormannus. Ego examinavi a. 1870.

---

1) Cf epistulam eius ad Euphrosynum Boninum in Theocriti editione Iuntina a. 1515 denuoque ab Ahrensio, Bucol. gr. I p. LIII publicatam.

2) Delisle, Notice sur des mss. du fonds Libri (Notices et Extraits des Mss. de la Bibl. Nation. 32) 117.

3) Catalogue of the Mss. at Ashburnham Place. Part the first comprising a collection formed by Professor Libri, Lond. 1853, num. 274. Relat. acad. Berol. 1886, 900 sq.

4) Vitelli, Stud. ital. di filol. class. II 534.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT / Public Domain in the United States, Google-digitized
https://hdl.handle.net/2027/pst.000007610093
Digitized by Google
Original from PENN STATE

Alter codex est

53. **Parisinus gr. 3024** chart. formae oct. mai. manu 502
sc. XVI item in Italia exaratus, olim **Colbertinus** 3874, tum Regius 3284. 3, fol. 1—9ᵛ. Est *ἀκέφαλος*. Nam incipit verbis *ὁ μέγα τι λαβὼν* ep. 408 quibus codex Riccardianus. Sequitur ep. 547. Reliquae sunt *ἀνεπίγραφοι* excepta antepaenultima *Πρισκιανῷ* inscripta: 1041. 22. 103. 511. 397. 74. 71. 420. 54. 553. 972. 398. 49. 379. 1184. 1330. 244. 227. 455[1]). Ordo cum Riccardiano congruens hic illic dispicitur, sed partim epistulae, quae in illo extant, desiderantur, partim extant, quae ab illo absunt. Ignotus mansit Rostgaardo. Excerpsit mea gratia Wendelinus Foerster a. 1873. Ego examinavi a. 1880.

Si non e Marciano ipso, certe ex eodem quo ille exemplo excerptus est codex

54. **Mutinensis III A 11** (XXV)[2]), chart. formae oct. sc. 503
XV fol. 1—131. Inscriptio *ΛΙΒΑΝΊΟΥ ῬΉΤΟΡΟΣ ΕΠΙΣΤΟΛΑῚ*: rubricata, sed supra *ῬΉΤΟΡΟΣ* manu librarii ipsius scriptum est *σοφιστοῦ*. Epistulae sunt numeratae *α—σλζ′*: prima est 197; ultima 97 paulo post initium desinit verbis *τοῖς γράμμασι, κἂν ἐκεῖνοι* (X 97, 13). Sed sylloga est bipartita. Prior enim pars desinit fol. 102 ep. 1431, post quam uno folio vacuo relicto extant Aeschinis epistustulae inscriptae *αἰσχίνου ῥήτορος ἐπιστολαί*, quarum primae (12 ed. Hercher) versio Latina in margine adiecta est. Huic succedit fol. 113 pars altera denuo inscripta *λιβανίου ῥήτορος ἐπιστολαί*, quarum prima (*σϑ′* = 333) spicilegii instar habenda est, id quod non prohibuit, quominus ep. 167, partis prioris *ρλα′*, in hac parte sub *σια′* repeteretur. Series epistularum plerumque a Marciano diversa, raro cum illo congrua est. Dimidia fere pars epistularum codicis Marciani

---

1) Hanc sequitur fol. 9ᵛ et 10 *ἔκφρασις μέϑης* (t. VIII 477, 12—479, 14), cuius in codicum indicem hic p. 443 post 42. Monacensem 537 referendus erat.

2) Puntoni, Indice dei codici greci della bibl. Estense di Modena (Stud. ital. di filol. class. IV) 396 sq.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT / Public Domain in the United States, Google-digitized / https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093

Digitized by Google

Original from PENN STATE

praetermissa est. Quattuor tantum extant, quae ab illo sunt omissae: ϱμδ (= 635), ϱξϑ (= 324), σιζ (= 857), σιϑ (= 440). Quas Mutinensis communi exemplo debet vel aliunde sumpsit. Cognatio Marciani e singularium vitiorum consensu patefit, e quibus duo commemorasse satis erit: *φάλβιος* pro *σάλβιος* in initio ep. 1423, quod vitium parum perspectum Puntonium adduxit, ut epistulam pro inedita haberet, et *ἀκούειν ἐῶν* ad lacunam explendam in ep. 1045 insertum. Sed in universum multo mendosior est quam Marcianus.

Adhibitus est ut Mutinensis C a Rostgaardo, e cuius apographo Wolfius ep. 1183—1187 edidit. Examinavi a. 1870.

II. DE ECLOGIS EPISTULARUM.

§ 4. De ecloga epistularum Σ e sylloga altera profecta et e codice ad archetypum *a* redeunte aucta et correcta.

Longe autem omnium maximus est numerus codicum, qui ex exemplari *e* fluxerunt, quod communem quidem cum *d* fontem habuit *c*, sed etiam similiter atque codex *Va* vim codicis ex archetypo *a* profecti expertum est. Cuius rei documentum luculentissimum est, quod codices diversi huius classis prope quidem a *VaVo* stant, sed etiam locos, qui in his aeque atque in *V Mo*I*Ma* exciderunt, vel lectiones, quae in illis corruptae sunt, integras servaverunt. Atque exemplar illud, quod littera *Σ* significo, eclogam continebat epistularum satis amplam, quae corporis quidem ordinem hic illic servavit, saepius mutavit. Plures eius agnoscendae sunt propagines, nulla vero plena numero et integra textu epistularum.

Ac primae quidem et amplissimae propaginis signifer est

55. Sinaiticus gr. 1198 (= S) sc. XIV[1]) fol. 9—115 collectionem 583 epistularum continet inscriptam *λιβανίου τοῦ σοφιστοῦ ἐπιστολαί.* Inter fol. 56 et 57 excidit unum folium, quo finis ep. 75 (= 1061), ep. 76—79 (= 1063—

1) Cf. t. I 335 n. 43.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT
https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized
Digitized by Google
Original from PENN STATE

1065. 1080), initium ep. 80 (= 1081) quartae centuriae continebantur; inter fol. 111 et 112 exciderunt duo folia, quae in possessionem Tischendorfii et ex hac in bibliothecam
55a. universitatis Cantabrigiensis (Ms. Add. 1880. 7) 504
venerunt, quibus finis ep. 62 (= 1508), ep. 63—69 (= 1517. 1518. 1524. 1526. 1527. 1533. 1536), initium ep. 70 (= 1540) sextae centuriae continebantur[1]). In fine ultimae epistulae (fol. 115) scriptum est *τέλος*. Codex in 6 centurias (*ἑκατοντάδας*) digestus est, sed syllogam non esse unam, sed e duabus conflatam vel inde discas, quod 15 epistulae bis et cum lectionum discrepantia comparent: ep. 800 sub 226 et 432, 696 sub 364 et 463, 1039 sub 267 et 467, 969 sub 245 et 468, 947 sub 241 et 484, 911 sub 237 et 501, 756 sub 371 et 502, 639 sub 359 et 504, 65 sub 417 et 507, 999 sub 254 et 509, 1218 sub 24 et 526, 773 sub 374 et 571, 435 sub 297 et 572, 744 sub 370 et 576, 799 sub 225 et 579. Epistulae enim 462—583 ex altera sylloga (*g*) eadem ad quam codices syllogae *CWPar* redeunt insertae sunt. Quam littera S_{II} insignivi. Maxima vero pars codicis, quam in epistulis bis occurrentibus littera S_{I} insignivi, ex *c* repetenda est, qui vim codicis ex *a* profecti expertus est. Ita explicatur, quod simul in plurimis iisque etiam falsis, ut *εὐριπίδη* scholio marginali in textum ep. 516 recepto, *εἰδέναι* pro *εἶναι*, *πάντως* pro *παντὸς* ep. 581, vocabulis *ἔτ'* ep. 518, *καὶ εἰς λόγους* ep. 560 omissis, cum *VaVo* facit, simul verba in his aeque atque in *V* omissa *ἐπεὶ — ἐλαύνειν* ep. 947 et *ἴσμεν — εἰωθότων* ep. 182, atque haec cum *i* (Wolfenbuttelano et Chalceno$_{II}$ codicibus Lacapenianis), servavit. Sed etiam codex ipse manus correctricis vestigia exhibet vocabulis vel textui insertis vel in margine cum siglo *γρ* positis. Quae codice a *CWPar* haud procul stante usa est. Ordo corporis etsi in universum turbatus est, tamen per longiores partes redit. Crebra sunt specimina neglegentiae librarii, rara temeritatis, ut *δρωμένων* pro *ποιουμένων* ep. 663, *πρότερον* pro *ἔμπροσθεν* ep. 659. *θεοὺς* vel

1) Ann. Fleckeis. 1876, 636 sq. Relat. acad. Berol. 1885, 916.

Δία calamo reddere adeo ei religioni fuit, ut constanter eorum loco *θεὸν* scriberet.

Codicem aliquantisper in monasterio Sinaitarum Cairensi repositum meum in usum examinavit Guil. Spitta, exemplavit apographumque dono mihi misit N. Gregorius Bernardakis.

Ex eodem exemplari atque *S*I descripti sunt plures codices. Inter quos proxime a *S* stat

505 56. Vaticanus gr. 943 chart. formae oct. sc. XVI fol. 1—197. Hac tantum re ab illa discedit, quod ep. 887 ante 800 praebet, ep. 255 inter 183 et 600 omisit, ep. *σκδ* — *σλθ'* (779. 799. 800. 804. 809. 811. 833. 840. 845. 846. 855. 868. 897. 911. 924. 925) per errorem bis exhibet. Etiam in lectionibus pravis, ut *ἐμοῦ* pro *ἑρμοῦ* ep. 145, cum illo consentit. Epistulas, quae in *S* uno folio inter 56 et 57 amisso hodie desunt, servavit. Desinit in ep. *νξ'* (= 923), quae est ultima syllogae prioris codicis *S*. De ep. 501 et 647 cf. infra sub n. 397. Examinavi.

Ex hoc codice descriptus est

506 57. Basileensis bibliothecae publicae F VI 2 chart. formae quart. mai. sc. XVII exeunt.[1]) fol. 1—141. Cum Vaticano prorsus convenit excepto quod litteras in illo per errorem iteratas semel praebet et bis per errorem ordinem epistularum mutavit. Cf. infra sub n. 398. Postquam Iacobus Maehlyus meum in usum excerpsit, ipse examinavi.

Ex eodem vero quo *S* fonte, sed ordine epistularum mutato fluxit etiam ecloga maior, quam praebet

507 58. Basileensis bibliothecae publicae F VIII 4 (= Bas) chart. formae oct. miscell. sc. XV, Constantinopoli a. 1433 ab Ioanne Ragusino cardinali emptus et ab eodem a. 1443 bibliothecae conventus Praedicatorum Basileensis donatus et ex hac a. 1559 in bibliothecam academiae translatus[2]), qui continet post Nicephori Gregorae Florentium

---

1) Sc. XVI eum tribuit Omontius, Centralbl. f. Bibl. III 417.

2) Streuber, Serap. XVII 129. Rud. Beer, Sert. Hartel. 270. Omont, Centralbl. f. Bibl. III 402 n. 36. Verba *Epistolae Libanii Gregorii Nazianzeni carmina Gr. 45,* quae excepto numero 45 in indice codicum conventus a Beerio 274 publicato leguntur,

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT / https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized
Digitized by Google Original from PENN STATE

manu sc. XV exaratum (fol. 1—36) et post fragmentum Zopyri Theseidis apud Stobaeum ecl. LXIV servatum manu saec. XIV exaratum (fol. 37) eadem manu epistulas Libanii inscriptione privas sed glossis interlinearibus scholiisque marginalibus instructas 636, 362, 1238, 1431, 1443, 1184, sed haec medio in folio 41ᵛ in verba τοῦ δὲ γενέσθαι διδάσκαλον (XI 270, 4) desinit. Manu posteriore sc. XV fol. 132—173 exarata est ecloga maior rubricata τοῦ λιβανίου ἐπιστολαὶ iterum glossis scholiisque interlinearibus instructa, sed nominibus eorum ad quos epistulae datae erant spatio tantum relicto fere[1]) carens, quarum prima est ep. 1041, sequuntur 711. 247. 1288. 323; ep. 1087 W. i. e. Dionysii Antiocheni 2; 69. 347. 317. 466. 1296. 1237. 842. 384. 1191. 437; ep. 1108 W. i. e. Dionysii Ant. 1; 366. 360. 383. 48. 327. 389. 349. 46. 311. 345. 332. 352. 351. 382. 362. 423. 365. 376. 330. 358. 1238[2]). 42. 468. 431. 1236. 350. 285[3]). 1134. 855. 499. 1218. 121. 195; comm. ep. 4[4]); 618. 834. 835. 25. 432. 269. 901. 221. 872. 281. 907, sed haec cum fol. 156ᵛ in verba θεοῖς τοῖς λογίοις (XI 55, 16) desinit; fol. 157 parte dimidia vacua relicta leguntur verba τ (rubr.) ἣν πάλαι γενομένην et reliqua parte versus iterum vacua relicta sequuntur ep. 909. 518. 253. 130. 372. 282. 429. 388. 122. 515. 300. 851. 98. 49. 741. 355. 361. 413. 387. 367. 422. 425. 455. 424. 341. 436. 453. 460. 465. 386. 319. 429. 324. 336. 390. 379. 380. 373. 315. 316. 325. 809. 318. 404. 359. 74. Huius epistulae fine desinit fol. 173ᵛ. In fol. 174—287ᵛ diversis manibus cum alia tum Gregorii Nazianzeni carmina exarata sunt foliumque 288 vacuum relictum est. Fol. 289—293 vero eadem manu qua superiores scriptae sunt Libanii ep. 81. 86. 89. 920—930.

---

fol. 126 - 295 olim unius codicis fuisse indicant. Quaternionum numeri κ—κε′ in fol. 126. 134. 142. 150. 158. 166 conspicui non manu librarii exarati, sed postea additi sunt.

1) Ante ep. 835 tantum θεμιστίῳ rubricatum est.

2) Haec epistula iam supra in folio 38ᵛ lectionibus paululum discrepantibus extat.

3) Pro λητόιον praebet δημήτριον.

4) Infra sub n. 322.

Post finem ultimae epistulae M. Crusius subscripsit *M. Κρούσιος ͵αφοη· ἀνέγνων, ἐν τυβίγγῃ·.*

Scatet peccatis a librario graecae linguae parum gnaro commissis, quae iuxta lectiones codicis *S* in apparatu non protuli. Tantum ubi *S* deficit adhibendus erat, quoniam propter causam quam supra dixi nonnusquam, ut ep. 437. 1237, lectiones probas servavit, quae in *V Va Vo* sunt corruptae. Examinavi et e parte contuli.

Ex hoc Basileensi non tam descriptus quam excerptus est codex

508 59. Tubingensis bibliothecae universitatis Mb 10 (X.X. 4) (Crusii Varia graeca 109) diebus 30 octobris usque ad 12 novembris a. 1578 a Martino Crusio testibus inscriptionibus p. 1: *Incepi 26. Octob. 1578 Μαρτινοκρούσιος ex libro manuscripto Bibliothecae Basil. per D. D. Ioan̄. Iac. Gryneum commodato, 4ae formae, chartaceo, carmina etiam Nazianzeni habente. Eum cum aliis Cardinalis Ragusinus Ioan. in Concilio Basil. reliquerat* et p. 64: *Ex eodem Basiliensi libro varia continente etiam quasdam Libanii Epistolas Octob. 30* et p. 141: *Rursus indidem quaedam Epistolae Libanii: Novemb. 9* et p. 145: *Novemb. 10* et p. 158: *Novemb. 11.* et folii ultimi: *Absolvi totum opus 12. Novemb. inceptum 26. Oct. 1578, describens omnia quae non habebam excusa, praeter complures Libanii epistolas, quas non magni feci. Liber quartae formae est asserculis albo corio obductis: qui uno loco tanquam cingulo in aculeum infibulato clauditur. In extremo fere inscripsi: M. Κρούσιος ͵αφοη ἀνέγνων, ἐν Τυβίγγῃ. Remisi 2. April. 79. D. D. Grynaeo*[1]). Numeri quidem foliorum codicis Basileensis adscripti sunt, qui cum hodiernis paululum discrepant[2]), sed ordo hic illic relictus est. Sunt ep. 636. 1184. 1041; 1108 W. (= Dionys. 1). 48. 1087 W. (= Dion. 2). 618. comm. ep. 4 = 1583 W., haec tamen tantum inde a verbis *οὐ χρήμασι μετρεῖται*, quae res

---

1) Adalb. Keller, Serap. II 359.

2) 32 folia (54—79 et 82—87) exciderunt, ut numerus Crusii 164 respondeat hodierno 132.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT https://hdl.handle.net/2027/pst.000007761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized
Digitized by Google Original from PENN STATE

Schmidium[1]) hic ut alias in errorem induxit ut epistulam pro inedita haberet, 362. 431. 330. 358. 42. 285[2]). 855. 269. 281. 518. 253. 130. 372. 388. 300. 40. 355. 361. 341. 453. 460. 465. 390. 379. 315. 325. 318. 404. 74. 922. 923. 928. Mihi excerpsit a. 1874 Lud. Schwabe.

Non tam descripta quam excerpta est ex exemplo Sinaitici et Vaticani 943 ecloga altera epistularum, quam praebet

60. Varsaviensis Zamoscianus sc. XV[3]) fol. 139—204v inscripta *αἱ ἐκ κρι τοι: λιβανίου σοφιστοῦ ἐπιστολαί* (= Z_{II}). Sunt epistulae *ριγ'*. Initio ep. *α—κδ'* (= 375—754) cum Vaticano concinit excepto quod unam ep. 515 inter 512 et 1155 praetermisit; quae vero in illo sunt epistulae *κη—ϙη'*, hic desunt et e sequentibus *ϙϑ—τιβ'* (175—253) plures praetermisit quam descripsit. Quae vero ep. 253 sequuntur epistulae decem, eas supplementi instar subiecit: septem (1163. 684. 685. 673. 690. 1131. 1133) e fonte cum Vaticano communi, tres (1237. 682. 635) aliunde sumptas. Correctus est manu secunda, qua etiam multa nomina eorum ad quos epistulae datae sunt suppleta et scholia interlinearia inserta sunt. Examinavi codicem Vratislaviam missum.

E Varsaviensi iam manu secunda correcto descriptus est ab Antonio Calosyna a. 1597 codex

61. Escurialensis R—III—25[4]) fol. 1—74. Inscriptus est *αἱ ἔγκριτοι ἐπιστολαὶ λιβανίου*. Praebet primum (fol. 1—45) epistulas *ριγ*, quae in Varsaviensi fol. 139—204v continentur (375—1133); tum (fol. 46) intermissis epistulis duabus (1408. 98) numeris privis collectionem epistularum *α—κγ'*, quae in Varsaviensi fol. 125—138 continentur, sed tres primae (1108. 1107. 1047) et initium quartae (1048) uno folio amisso interciderunt. Nam fol. 48 — fol. 47 enim vacuum est — incipit verbis mediis huius epistulae *δύο γὰρ*

1) Verzeichnis der griech. Handschriften der Universitätsbibliothek zu Tübingen, Tübingen 1902, 17 sq.
2) Hanc quoque epistulam Schmidius pro inedita habuit. Vide quae supra de Basileensi dixi.
3) Cf. supra p. 84 n. 34.
4) Cf. supra p. 84 n. 35.

Generated at Washington University in St. Louis on 2025-12-04 13:11 GMT / https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized
Digitized by Google Original from PENN STATE

ἱστὸν. Sed ultimam huius collectionis epistulam (300) quae in linea quarta fol. 58 desinit sequuntur fol. 59—74 epistulae 30 de quibus sub num. 32 dixi. In fine epistulae ultimae (ρμβ') legitur subscriptio ἐτελειώθη τῷ ,αφϛζ^{ω}, σεπτε^{βρ}' $\bar{θ}$. ἰνδικτιῶνος ια^{ης}':[1]). Codicem Carolus Graux egoque examinavimus.

Eiusdem atque *S* propaginis sunt etiam codices qui sequuntur:

509 62. 1. Vaticanus gr. 945 (olim 1002) membr. formae sext. dec. sc. XV, qui fol. 1—147 collectionem epistularum σε continet. Praecedit πίναξ τῶν ἐπιστολῶν λιβανίου. Primum prorsus cum *S* consentit (α—θ' et ιζ—κδ'), tum non solum magnam partem epistularum praetermisit, sed etiam ab ordine huius codicis plane recessit et initio raro, pedetemptim crebrius, denique fere continenter alias et inter has (ρβ) unam Phalarideam (= 1574 W.) unamque 760 bis sub n. ριε' et ρπε' immiscet, etsi hae quoque inde a ροχ' usque ad σγ' (401. 415. 608. 634. 644. 648. 649. 675. 689. 723. 740. 751. 795. 807. 866. 894. 914. 923. 762. 933. 946. 952. 983. 987. 998. 1017. 1041. 1056. 1054. 1085) corporis ordinem reddunt. Specimen neglegentiae, qua librarius egit, praebet ep. 1137, in qua εὐφημίῳ pro εὐστολίῳ, οὐκ pro οὐδὲν, βοηθῆσαι pro βοηθεῖν exhibet. Examinavi.

63. 2. Vaticanus gr. 1835 bomb. sc. XIII exeunt. vel XIV ineunt.[2]), qui fol. 86—159^{v} continet syllogam epistularum inscriptione et initio privam. Primae epistulae in margine littera α rubricatae verba prima πολλὰ μὲν ἀναπνεῖν (351 (X 332, 16)) iam non dispiciuntur; neque secundae quae fuit 355 quicquam praeter finem. Tertia (γ') est 361; quarta 382; quinta 413; ultima (ρπ') est 1006. Ordo epistularum multis locis cum *S* concinit, pluribus discrepat atque ita quidem, ut a πθ' (= 61) inscriptione signata qua fol. 118 incipit singulari usque ad finem ordinem corporis me-

---

1) Concidunt quae Miller l. l. de hoc indictionis numero ab anno discrepante coniecit. Nam non ιε', sed ια' legitur. Cf. Vogel et Gardthausen 37.

2) Cf. t. I 234 n. 33.

lius quam *S* praebeat. Unam, quae ab hoc abest (373), inter 379 et 380 praebet. Non solum incuriae, sed etiam temeritatis librarii profero documentum ep. 764, in qua inscriptionem καισαρίῳ omisit, φρύγας vero inter λίαν et οὐ, ἐξ αὐτῶν inter τὸ et βεβοῆσθαι inculcavit. Mea gratia postquam inspexerunt Augustus Mau, Carolus Graux, Ignatius Guidi, ipse a. 1895 examinavi.

64. 3. Marcianus gr. 442[1]) olim B 25 sc. XV ineunt., qui fol. 7—73 syllogam epistularum ͵ρνη′ continet inscriptam λιβανίου σοφιστοῦ ἐπιστολαί. Quarum prima est 1398, ultima 39. Praetermisit magnam partem epistularum codice *S* comprehensarum, sed etiam in iis, quas servavit, ordinem valde mutavit, nonnullas (1146. 719. 679. 342. 1506. 373. 815. 39) aliunde sumptas immiscuit. Neglegentiae specimina crebro occurrunt, ut ep. 336 σοι pro σε (X 316, 18), ἀπορίᾳ pro ἀπειρίᾳ (317, 3), τε et τι et γε omissa (317, 3. 7. 9). Adhibuit codicem D Marci B 25 appellatum Rostgaardus, Marcianum secundum Wolfius. Examinavi.

65. 4. Vaticanus gr. 944[2]) chart. formae sext. dec. sc. XV. 510
Inscripta est fol. 1 λιβανίου σοφιστοῦ ἐπιστολαί. Continet epistulas numeris α—ξ′ insignitas, quarum prima est 499. Sequuntur epistulae, quas si etiam in Lacapeniana extant, numeris cursivis insignivi *515*. 512. *1395*. 764. *736*. 992. 866. 867. *184*. 871. *857*. 807. *909*. 744. *143*. 422. 357. *345*. 311. 318. 440. *123*. 354. 420. 629. 304. 349. *299*. *46*. 632. 429. *408*. 455. 363. 762. 91. 424. 575. 344. 465. *442*. 460. *389*. 384. *558*. *388*. 329. 478. *323*. *237*. 1236. 393. 105. 835. *210*. *182*. 483. Inter 835 et 210 extat num. νζ′ insignita ep. 1573 W. i. e. revera Procopiana. Quae vero sequuntur ep. ξα—τκα′, collectionem reddunt Lacapenianam privatam iis 20 quae iam in priore collectione extabant auctamque (fol. 215—222) quattuor (τδ—τζ′) epistulis 761. 32. 107. 670 et 1559—1572 W. i. e. Procopianis (τη—τκα′), quae sumptae sunt ex Ambrosiano † 49[3]).

1) Cf. t. II 198 n. 111.
2) De Lib. libris Upsal. et Lincop., Rostochii 1877, 14.
3) Infra sub n. 389.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT
https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized

Digitized by Google Original from PENN STATE

Usus est codice Rostgaardus, e cuius apographo Wolfius ep. 1559—1572 ut Libanianas edidit. Inspexi et e parte contuli.

5. Ordo quidem epistularum valde commutatus est in sylloga, quam praebet

66. Vallicellanus B 70[1]) sc. XV fol. 153^{v}—166 inscriptam *ἐπιστολαὶ λιβανίου σοφιστοῦ*. Sunt 24 epistulae non numeratae, prima ep. 42, ultima 1200, praeter has 332. 857. 366. 1395. 499. 512. 429. 535. 497. 1347. 25. 367. 33. 49. 618. 515. 1398. 388. 1238, 575. 64. 1155. 1318. Pretio critico caret. A. 1868 inspexi; plura de eo mihi rettulerunt Hugo Linke et Eduardus Scheer.

6. E codice eiusdem propaginis excerpta est ecloga, quam praebet codex

511 67. Vindobonensis gr. suppl. theol. LV chart. formae folii sc. XIV exeunt. vel XV ineunt., olim Francisci Barbari Veneti testibus inscriptionibus fol. 5^{v}: *in hoc codice qui est francisci ba. barbari veneti continentur isti libri platonis* et folii paenultimi^{v} *αὐτὴ* (sic) *ἡ βίβλος ἐστὶ τοῦ φραγκίσκου τοῦ βαρβάρου ἐκ τῶν οὐενετῶν* et: *plato iste est francisci Barbari veneti quondam domini Candianj 1420,* postea Apostoli Zeni, qui eum imperatori Carolo VI donavit[2]). Codex prius nihil nisi Platonis dialogos continuit, postea demum ante et post hos in fol. 1—5^{r} et sex ultimis (256—261) epistulae 23 scriptae sunt Libanii hae: 23. 778. 375. 660. 857. 128. 518. 47. 324. 423. 526. 402. 51. 63. 1342. 1408. 1411. 83. 1425. 1424. 1429. 1261. 1266[3]). Ordo epistularum ad Sinaiticum nonnusquam prope accedit, sed nomina eorum ad quos epistulae datae sunt non semper servata, sed temere mutata sunt, veluti 23 inscripta est non *Δημητρίῳ* sed *Ὀνωράτῳ*, 47 non *Δημητρίῳ* sed *Σελευκίῳ*,

---

1) Cf. t. II 201 n. 118.

2) Kollarii ad Lambecii commentarios supplementa, Vindob. 1790, 409.

3) Quam post hanc collocatam Kollarius l. l. credidit esse epistulam Libanii ineditam, eam esse Meligalae ad Atuaemem datam in Fleckeis. annal. 1876, 495 exposui.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized

Digitized by Google Original from PENN STATE

402 non *Θεμιστίῳ* sed *Ἀνατολίῳ*. Est Caesareus chartaceus Lambecii[1]) Wolfiique.

Mea gratia examinavit Isidorus Hilberg.

7. Huc etiam pertinet ecloga pusilla, quam praebet codex

68. Vindobonensis philos. et philol. 281 sc. XV 512
fol. 143 et 144. Sunt epistulae quavis inscriptione privae 909. 93. 711. 707. 238. 390, quae cum fol. 144ᵛ in verba *ὦ ζεῦ* (X 381, 19 sq.) desinit. Cum aliis vitiis tum omissionibus scatet et quovis pretio critico caret.

Henr. Schenkelius mihi descripsit.

Alterius propaginis neque a *S* multum distantis fuit exemplar, e quo codices tres descripti sunt Laurentianus LVII 47, Burneianus 75, Vaticanus 937.

69. Laurentianus LVII 47 (= Laur) sc. XIV[2]) fol. 40—125 praebet collectionem epistularum trecentarum inscriptam *ἐπιστολαὶ λιβανίου σοφιστοῦ*. Fol. 57, cuius in margine inferiore scriptum est *ἐνταῦθα λείπεται κατὰ τὸν πίνακα ἐπιστολαὶ δύω· ὧν τῆς μὲν ἡ ἀρχή, ἐπειδὴ πλειόνων ἔδεις* (= 314), *τῆς δὲ ἑτέρας καλά γε σοι τὰ πεπραγμένα* (= 339), loco bombycini amissi chartaceum suppletum manu sc. XV, non has quidem duas epistulas (*νϛ'* et *νζ'*) continet, sed finem epistulae in fol. 56 antecedentis (= 19) inde a *κίζειν* (X 14, 16) et initium epistulae *νη'* (= 636) usque ad *φρέας ἐνέ*, quae fol. 58 fine verbi *βαλε* excipitur. Fol. 69 desinit verbis ep. ϙζ' (= 68) *τοσοῦτον ἡμάρ* (X 68, 8), sed fol. 70 incipit ep. *ρα'* (= 103). Folium igitur unum excidit, quo teste Vatic. gr. 937 praeter finem ep. 68 continebantur ep. ϙη', ϙθ', ρ' (= 72. 74. 93). Ab *α'* usque ad *λ'* ordo epistularum cum *S* fere consentit excepto quod ep. 81. 101. 103. 64 ab hac parte absunt, sed postea locum invenerunt, ep. 491 vero omnino abest. Sed inde a *λα'* ordo epistularum plerumque diversus est. Magna pars epistularum Sinaitici omnino deest; paucae comparent, quae ab illo absunt, ut 1237. 682. 635. Sub

---

1) Bibl. Caes. Vindob. comm. lib. VI p. 247 ed. Vindob. 1674.
2) Cf. t. IV 302 n. 142.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT / Public Domain in the United States, Google-digitized
https://hdl.handle.net/2027/pst.000007761093
Digitized by Google
Original from PENN STATE

finem denique (σκβ—τ′) ordo corporis melius servatus est, cum consentiens fere cum Burneiano gr. 75 fol. 96 sq. epistulas hoc ordine exhibeat: 1—14. 20. 22—24. 27. 28. 34—36. 42—45. 50. 693. 51. 53. 55. 62. 63. 73. 75. 70. 77. 78. 84. 86. 88. 89. 95. 101. 107. 109. 112. 119. 121. 125. 128. 132. 150. 143. 163. 173. 183. 184. 188. 194. 197. 199. 203. 209. 210. 212. 214. 215. 220. 223. 224. 229. 236. 241. 243. 244. 248. Ultima epistula cum fol. 125 verbis ὦ παῖ τυδέως (X 235, 3) desinit. Fol. 126 vacuum relictum est. Reliquas huius collectionis epistulas 249—721 et 725—1103 servavit Burneianus 75 fol. 109—122 et 80—91. In lectionibus quoque cum *S* fere consentit ita, ut etiam verba in ep. 552 καὶ μέγα — ἐπέρχεται (X 512, 17 —513, 5) ex ep. 549 repetita perperam cum hoc exhibeat; quae in hoc postea inserta sunt, ab eo abesse consentaneum est. Ubi ab eo recedit, plerumque deterior est. Verba autem ep. 183 αὐτὸν — μόνον (X 169, 15), quae in eo aeque atque in Burneiano extant, in *S* aeque atque in *V Va Vo* exciderunt, non coniectura contineri, sed exemplari, e quo uterque descriptus est, servata esse videntur. Codicem a Rostgaardo Mediceum A appellatum huius copiis usus adhibuit Wolfius, qui ep. 1189—1201 (= 413—423 F.) ex eo edidit. Examinavi. De epistulis huius codicis a Salvino scriptis et in linguam Latinam conversis vide infra sub n. 80—82.

Ex eodem exemplari excerpta est secunda pars collectionis 575 epistularum, quam praebet codex

513 70. Musei Britannici Burneianus gr. 75 (= Burn) chart. formae oct. sc. XV litteris minutis nitidisque exaratus fol. 3—175 inscriptam λιβανίου σοφιστοῦ καὶ κοιαίστωρος ἐπιστολαί. Praemissa est ep. 114; sequitur collectio Lacapeniana β—σξα′ (= 1—198); quae vero huic fol. 79—91 succedunt epistulae σξβ—τμγ′ (= 725—1103) debebant sequi epistulas τοδ—φη′ (= 3—721), quae fol. 96 —122 continentur. Mediae inter has fol. 91—96 apparent secundis curis supplementi instar selectae ep. τμδ—τογ′ (= 1131. 1205. 1136—1138 1142. 1152. 758. 1226. 656.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT / Public Domain in the United States, Google-digitized
https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093

Digitized by Google Original from PENN STATE

670. 794. 342. 724. 383. 48. 52. 409. 320. 329 337. 357. 344. 815. 1163. 1237. 618. 684. 682. 635) et post *φη'* (= 721) quae has debebant sequi *φθ* — *φοε'* (= 666. 1398. 1236. 413. 497. 535. 425. 428. 319. 341. 324. 422. 453. 366. 1347. 431. 354. 315. 64. 367. 404. 685. 317. 312. 349. 21. 776. 827. 68. 74. 93. 105. 281. 1133. 689. 288. 518. 581[1]). 632. 606. 673. 732[2]). 269. 309. 750. 721. 791. 795. 803. 826. 831. 834. 835. 842. 867. 871. 877. 899. 926. 855. 893. 311. 423. 373. 316. 359; 1559 W. i. e. Procopii Gazaei ep. 87 Herch.). Denique succedunt aliunde sumptae ep. 1543. 1544. 1214 (cf. infra sub n. 274). Correctus est manu secunda ex alio codice. In textu non solum neglegentiae, sed etiam temeritatis specimina exhibet, praecipue in inscriptionibus ut *θεοδώρῳ* pro *πέτρῳ* ep. 880, *ῥουφίνῳ* pro *τῷ αὐτῷ* (i. e. *Δημονίκῳ*) ep. 1055, *τῷ αὐτῷ* (i. e. *Παλλαδίῳ*) pro *φωτίῳ* ep. 891, *παλλαδίῳ* pro *λεοντίῳ* ep. 944, *λεοντίῳ* pro *παλλαδίῳ* ep. 943 etc. Itaque exceptis epistulis 1226—1228 raro eius in app. crit. rationem habui.

A Laurentiano propius quam a Burneiano stat sylloga altera, quam praebet codex

71. Vaticanus gr. 937 sc. XV[3]) fol. 218—334 inscripta *ἐπιστολαὶ λιβανίου σοφιστοῦ*. Comprehendit 60 epistulas. Consentit quidem primum ordine fere cum Laurentiano excepto quod omnes eas praetermisit epistulas, quas prior sylloga fol. 143—180 comprehensa et inscripta *τοῦ αὐτοῦ ἐπιστολαὶ* incipiens ab ep. 831 exhibebat. Sed inde ab ep. *ϙϛζ'* — vel, ut librarius constanter perperam ξ pro ϛ scribens praebet, *ϙξζ'* — (= 78) usque ad *σο'* (= 455) vestigia huius cum Laurentiano consensus dilabuntur. Examinavi.

Ep. *α*—*λα'* huius syllogae excerptae sunt in sylloga, quam praebet codex

72. Musei Britannici Harleianus 5735 chart. formae 514

1) Erravit auctor catalogi typis impressi hanc epistulam continuare putans antecedentem.
2) Desinit imperfecta verbis *ἀπὸ τῶν* (X 658, 2).
3) Cf. t. I 329 n. 39.

quart. sc. XVI, olim Collegii Agenensis Societatis Iesu teste inscriptione fol. 1, fol. 13—20^r. Sunt inscriptione privae, sed ut finem codicis faciunt, numeris ϙε—ριη′ insignitae ep. 831. 1433. 428. 1171. 1170. 356. 736. 253. 123. 945. 341. 195. 298. 248. 247. 119. 957. 891. 301. 442. 121. 956, sed antepositae sunt 288 et 362. Quae vero fol. 20^r—35^v succedunt 39 epistulae, sunt collectionis Lacapenianae ep. *α—λθ′* (= 119), in qua desinit verbis *τοῦτ' εὐθὺς μὲν* (X 121, 4)[1]. De fol. 36—83 cf. infra sub n. 203.

Codicem mea causa antea ab H. Muellero-Struebing et Carolo Dziatzko inspectum a. 1880 examinavi.

Paulo remotior a *S* altera erat codicis *Σ* propago, quorum codicum agmen ducit

515 73. Neapolitanus III (vel IV) A 14 (CCXVII in indice Cyrillii, 53 in indice Baffii apud Fabricium-Harles Bibl. gr. V p. 777) chart. formae oct. sc. XIV, qui fol. 5—75^v collectionem *σλα* epistularum continet inscriptam *ἐπιστολαὶ λιβανίου σοφιστοῦ*, quae omnes etiam in *S* extant ordine passim eodem, sed crebrius diverso, ut ex his paucis exemplis elucebit: prima enim (376) in *S* est secunda, secunda (375) in illo prima, tertia (282) vero in *S* 139, quarta (374) 299, quinta (330) 293, sexta (405) 294, septima (441) 295, octava (409) 296, nona (435) 297, decima (411) 298, undecima (440) 299, duodecima (442) 300 usque ad *κβ′* (323) 310, sed *κγ′* (388) in *S* 137, *κδ′* (393) 311, *κε′* (25) 136, *κς′* (123) 141, *κζ′* (33) 122, *κη′* (30) 123. Ultimae sunt *σκε′* (50) 90, *σκς′* (51) 91, *σκζ′* (61) 314, *σκη′* (73) 318, *σκθ′* (101) 93, *σλ′* (107) 94, *σλα′* (112) 95. Una, quae in *S* deesse videtur *μθ′ μαξίμῳ· μικρά τις ἦν ἡ σπουδή*, re vera non deest, sed pars est ep. 808, quae est quinta in *S* (X 729, 5). Ep. 150 et 256 in foliis 3^v et 4^r praefixis alia manu exaratae in *S* extant (457 et 340). Alia manu exaratae sunt fol. 144—148 epistulae inter Basilium et Libanium mutuae, cf. infra sub n. 342. Examinavi.

Ex eodem quo Neapolitanus exemplari descriptus est codex

---

1) Infra sub n. 122.

74. **Salmanticensis** 1—2—18 chart. formae quart. 516
sc. XIV vel XV[1]), olim Lianori Bononiensis teste inscriptione folii prafixi *Λιανώρου τοῦ Βονωνιέως*, deinde Ferdinandi Nuñez de Gusman Pintiani[2]). Folia numeris carent, epistulae vero ipsae sunt numeratae. Ut Synesii[3]), ita (fol. 80) Libanii et Basilii cum mutuis epistulas easdem eodem ordine praebet atque Neapolitanus inscriptas *Ἐπιστολαὶ λιβανίου σοφιστοῦ*[4]). Excerpsit mea gratia Carolus Graux.

Cum utroque prorsus concinit codex

75. **Escurialensis** Σ — I — 14 sc. XV exaratus[5]), qui fol. 116—156 eandem syllogam exhibet inscriptam *λιβανίου σοφιστοῦ ἐπιστολαί*, sed iam ep. ϱξη′ (= 650) medio in fol. 156v desinit. Inspexi.

Cum Neapolitano congruit ita, ut ab initio quidem mancus sit, sub finem vero epistulas, quae ab illo absunt, servaverit, codex

76. **Brahensis Skoklosteranus** i. e. codex graecus, 517
olim bibliothecae Skoklosteranae, 98, nunc eodem nomine et numero Holmiae in Regio Archivo Suecano repositus, chart. formae quart. sc. XIV exeunt. vel XV ineunt., olim Petri Candidi, tum Monasterii Angelorum Neapolitani (?) teste inscriptione fol. 4: *Fuit liber Monasterii Angelorum. //// petrus*[6]) *Candidus qui vertit Appianum possedit*[7]), postea Andreae Schotti[8]), a quo missus est Fed.

---

1) Carolus Graux prius mihi de hoc codice per litteras referens codicem esse sc. XV, etsi dubitanter, dixit, postea 'Notices sommaires des Manuscr. Grecs d'Espagne' (Nouvelles Archives des missions scientifiques et littéraires t. II, Paris 1892) p. 187 sc. XIV.

2) Graux, Essai sur les origines du fonds grec de l'Escurial 24 et 445.

3) Fritz 373 sq. 4) Infra sub n. 343.

5) Cf. t. II 187 n. 101.

6) Graux-Martin, Archiv. miss. scient. ser. III tom. 15, 1888, 366 male legerunt: *Primus*.

7) Verba *qui vertit Appianum possedit* manu recentiore addita sunt.

8) Inter litteras priori inscriptioni subscriptas *And* certo dispici Guil. Lundström mihi scripsit.

Generated at Washington University in St. Louis on 2025-12-04 13:11 GMT / Public Domain in the United States, Google-digitized https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093
Digitized by Google Original from PENN STATE

Morello posteaque a. 1617[1]) Ioanni Meursio. Manu Schotti in folio 1 non numerato scripta sunt verba: *Libanii Epistolarum, prope CCC. ἀνεκδότων. Non editarum: quae ut excudantur denuo describendae. Ex parte convertit quidam Polonus, cuius nomen me fugit* [Io. Sommerfeld, Cracoviae 1504], *sed vidi in Hisp. in 4⁰ et barbare atque ad verbum reddit, inepte. Usus hoc cod. ante annos aliquot Fed. Morellus Lutetiae est, sed non edit etc. . . . Et has Epistolas istic lucem aspicere opto vel tantum Graece. Interpres mox minime deerit, quia disertus καὶ Ἀττικώτατος est scriptor. Utinam et aliud suppetat alicunde exemplar, unde duae pagellae, hic desideratae suppleantur; forte Morellus habet hiatum expletum: sin secus, si haberi nequeat, haec prodeant bono publico*[2]). Quaenam fata habuerit codex inde ab hoc tempore quo apud Meursium fuit usque ad illud quo bibliothecam comitum Brahensium intravit, utrum Meursius eum Lamperto Alardo Krempensi[3]) an Georgio Seefeldio senatori regni Daniae[4]) vendiderit, in dubio relinquitur, etsi alterum mihi verisimilius est. Folia tria prima, quoniam nomina possessorum quarto demum folio inscripta sunt, iam sc. XV defuisse statuendum est. Suppleta sunt manu sc. XVI e codice Neapolitano vel potius huic cognato. Ac primum et secundum folium exhibent ep. 376. 375. 283. 374, sed ultima desinit media verbis οὐκ ἐπεσπάσατο (X 363, 3), fol. 4

---

1) Cf. epistulam Schotti Antverpia Idib. Febr. MDCXVII ad Meursium datam in Meursii opp. vol. XI col. 274.

2) Sequuntur sex lineae postea deletae excepto quod in fine quartae lineae ἔρρωσο dispicitur. Hanc notam primum ex apographo Einari Löfstedt patris in Rel. Acad. Berol. 1885, 906 publici iuris feci; quod eam hoc loco multis locis correctiorem praebere potui, debeo Guil. Lundström, qui codicem Holmiae a. 1901 meum in usum inspexit.

3) Vide epistulas huius ad Meursium datas a. 1625—1629 in Meursii opp. XI 585 col. 434; 603 col. 453; 620 col. 471; 642 col. 492; 647 col. 496.

4) Vide epistulam Ravii ad Meursium III Non. April. 1639 datam in Meurs. opp. XI 780 col. 637.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized
Digitized by Google
Original from PENN STATE

vero, id est codex sc. XIV, incipit verbis *δημιουργὸν συνεκεχώρητο*, quae sunt ep. 405 (X 399,13). Periit fol. 3, quo praeter finem ep. 374 et ep. 330, quae huic in Neapolitano succedit initiumque ep. 405 una epistula continebatur. Nam quae ep. 407 succedit ep. 441, numerum gerit octavum. Hoc folium periisse testatur Schottus. Verba vero margini inferiori folii secundi adscripta: *Desunt quae suppleri possunt ex altero exemplari pag. 200,* ut iam Relat. Acad. Berol. 1885, 913 dixi, vix ab alio scripta esse possunt nisi a Meursio. Penes hunc enim solum codex una cum altero exemplari, id est Lincopiensi Benzeliano A Meursiano, fuit. Quod vero finis ille supplendus in hoc codice iam non in *pagina 200,* sed 193 legitur, e detrimento foliorum, quod hic codex passus est, facile explicatur. Eadem vero manus Meursii ad verba illa alterius exemplaris id est Meursiani in margine scripsit: *huc usque alterum exemplar: in quo desunt quae hic deinceps sequuntur.*

In ep. 8—228, quae sequuntur, codex ordinem fere tenet Neapolitani, excepto quod nonnullas habet, quae ab hoc absunt, ut 666. 351. 355. 808. 1398 inter 411 et 440. Neque vero ut hic in ep. 112 desinit, sed sequuntur 48 epistulae (230—277) = 815. 345. 431. 325. 841. 404. 253. 32. 807. 792. 748. 326. 334. 364. 368. 371. 377. 378. 381. 385. 400. 503. 509. 510. 516. 552. 560—563. 578. 694. 695. 8. 60. 114. 115. 119. 127. 128. 130. 150. 164. 173. 182. 194. 192. 220, quae sunt in Lincopiensi Meursiano 247—292. Ultimo vocabulo ep. 220 desinit codex sc. XIV. Sed Meursius subscripsit: *In altero exemplari hic sequitur epistula una ad Anatolium, cuius initium Λουκιανὸς ὁ οὐ πάντα εὐτυχής. Ecce autem tibi illam.* Iam sequitur in folio numerato quidem (118), sed soluto haec ep. 256 desinens verbis *σοῦ τε εἰκότως* (X 248, 17) iisdem, quibus in Meursiano, et in paginis 20 item solutis supplementum epistulae 89 (= 369), et 21 epistulae integrae (1154. 857. 132. 688. 1060. 248. 1039. 1411. 1397. 909. 121. 796. 511. 301. 1288. 323. 964. 746. 331. 372. 809) e parte priore Lincopiensis Meursiani (1—37) descriptae.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT / https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized

Digitized by Google Original from PENN STATE

Mea gratia Einar Löfstedt pater a. 1878 in bibliotheca Skoklosterana codicem examinavit[1]).

Cum archetypo codicum, quos modo tractavimus Neapolitani, Salmanticensis, Escurialensis, Skoklosterani, arto cognationis vinculo coniunctus erat archetypus hodie deperditus complurium codicum, quorum agmen ducit

518 77. Vindobonensis phil. gr. LXXII (= Vi) chart. formae folii sc. XV, olim Ioannis Sambuci, qui fol. 1—83 exhibet syllogam 292 epistularum inscriptam *λιβανίου κοιαίστορος τοῦ σοφιστοῦ ἐπιστολαί*. Epistulae fere eaedem sunt, quae in Meursiano extant; cf. Mss. Ups.-Linc. 18—24. Quibus ab illo discrepat, haec sunt: ep. *α'* inscriptio *μαξίμω* manu secunda addita, ep. *β' στρατηγίω* rubricata est, inter *ιδ'* et *ιε'* Meursiani extant ep. 376 et 375 quae sunt in illo 294 et 295, post *λζ'* (= 282) extant ep. 330, quae est in illo 297; 405, 441, quae est in illo 38, quaeque huic succedunt usque ad 292 (= 220), exceptis 355. 372. 738. 359. 1134. 1145. 150. Contra hic extant epistulae duae, quae in Meursiano desunt: 198 (= 746) inter 743 et 1201, et 272 (= 578) inter 563 et 694, quia iam in parte priore sub *λβ'* et *κζ'* comparuerant. Numeri epistularum tantum *α—ιδ'* in margine rubricati, *ιε* et *ις'* reliquique forma arabica manu Forlosiae additi sunt. Correctus est tribus manibus, quarum ultima Forlosiae esse creditur. Ultima ep. (292 = 372) manu secunda exarata est. Nonnullae epistulae bis occurrunt: 327 (sub 32 et 81), 746 (sub 34 et 199), 372 (sub 36 et 292), 578 (sub 29 et 275). Nonnullas praebet, quae a *S* absunt: 164. 115. 220. 377. 378. 381. 385. 400. 815. 841. 32. 1152. Codicem, de quo Petrus Lambecius in Libanii Rhet. Ant. Ep. XII cum interpretatione Latina Ri-

1) Primum mentio codicis publice facta est ab Ioh. Henr. Schroedero, Catalog öfver Manuscripterna i grefliga Braheska Bibliotheket pa Skokloster in „Handlingar rörande Skandinaviens Historia" t. XIII Stockholm 1828, 22: *In 4° n° 98 Libanii Epistolae graec. Cod. chart. vetustus*, in cuius opus Carolus Graux oculos meos convertit, cui ipsi tempus codicis examinandi defuit (cf. Martin l. l. 295 sq.).

Generated at Washington University in St. Louis on 2025-12-04 13:11 GMT / https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized

Digitized by Google Original from PENN STATE

chardi, Francof. et Lips. 1707 p. 54 et 56 paucis disseruit, inter belli procellas Vratislaviam missum contuli.

Easdem fere, ut dixi, epistulas continet codex Meursianus gymnasii

78. Lincopiensis (Klassiska Forfattare 17)[1] chart. for- 519
mae folii sc. XV[2]), antea Petri Pantini decani Sanctae Gudulae Bruxellensis[3]), tum Andreae Schotti, qui eum olim cardinalis Granvellae fuisse suspicatus a. 1624 Ioanni Meursio misit[4]), qui eum, postquam a. 1637 frustra G. I. Vossio bibliothecae Amstelodamensi emendum obtulit[5]), paulo post reginae Sueciae vel Georgio Seefeldio vendidisse videtur[6]), cuius bibliotheca a. 1658 direpta et in Sueciam transportata est[7]), denique Erici Benzelii episcopi Lincopiensis, qui eum bibliothecae gymnasii Lincopiensis legavit. Benzelius codicem a. 1734[8]) Wolfio misit, qui eum Benzelianum *A* nominatum adhibuit quidem, sed quoniam textus ab eo iam constitutus et e parte impressus erat, paucas lectiones in commentario critico vel addendis protulit. Iam antea codice simul cum duobus aliis ad editionem 20 epistularum Londini Gothorum a. 1735 foras missum usus

---

1) Graux-Martin, Arch. des miss. scient. ser. III tom. XV, 1888, 359.

2) Cf. Mss. Ups.-Linc. 17 sq. Relat. Acad. Berol. 1885, 905 sq.

3) In catalogo librorum MSS Graecorum Rev. D. Petri Pantini Decani Sanctae Gudilae Bruxellensis a Pantino cum litteris III. Kal. Mart. 1611 (Meursii opp. XI ep. 280 col. 200) Meursio misso est codex quintus: *Epistolae Libanii Quaestoris Sophistae* (Meurs. l. l. col. 657).

4) Meurs. opp. XI ep. 564 col. 418: *Nemesium MS. quoque fasciculo adieci scriptis Epistolis Libanii, quas typothetes sequatur, praemittesque Libanii Characteres Epistolicos*

5) Meurs. l. l. ep. 758 col. 614. Relat. Acad. Berol. l. l. 912.

6) Meurs. l. l. ep. 780 col. 637. Relat. Acad. Berol. l. l. 908.

7) Meurs. opp. I praef. p. III.

8) Scribit Wolfius Lacrozio die 19 Ian. 1734 (Thes. epist. Lacroz. t. II p. 259): *Ex Suecia duos codices a Benzelio Lincopiensium hodie praesule, exspecto, quorum alter Meursii, alter Obrechti olim fuit. Epistulae sunt 400, quas procul dubio iam possideo, vel sic tamen gratas, cum varietates lectionum saltem suppeditare mihi possint.* Cf. Wolfii praef. ad lect. (edit. Amstelod.).

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT / Public Domain in the United States, Google-digitized
https://hdl.handle.net/2027/pst.000007761093

Digitized by Google

Original from PENN STATE

est Carolus Iesperus Benzelius (= Benz) Erici filius, de qua disserui Mss. Ups.-Linc. 25 sqq. Meum in usum examinavit et excerpsit Einarus Löfstedt, cuius copiis nisus de codice rettuli l. l. 17 sq.

Ex hoc et codice recensionis Lacapenianae Rolambiano Upsaliensi descriptus est sc. XVII fortasse ab Elia Obrechto codex alter Erici Benzelii posteaque bibliothecae gymnasii (Klass. Forfattare 18)[1])

520 79. Lincopiensis Benzelianus B vel Obrechtianus dictus a Wolfio, cui cum Meursiano Benzelio missus est, atque ita quidem ut primum epistulae codicis Meursiani, deinde spatio aliquot foliorum intermisso epistulae Rolambiani locum invenirent, quatenus nondum e Meursiano transscriptae erant. De usu huius codicis a Wolfio et a me ipso[2]) facto idem valet, quod de Meursiano dixi.

Tertius quartusque huius classis testes sunt duo codices Palatini 82 et 149:

521 80. Vaticano Palatino gr. 82 chart. formae quart. sc. XV inscriptio et numeri epistularum desunt. Collectioni ab ep. 376 et 375 incipienti antecedunt fol. 1 sqq. hae 32 epistulae: 849. 45. 1218. 242. 368. 388. 1220. 736. 1236. 639. 1238; ep. 1—18 collectionis Lacapenianae[3]); 1429. 227. 220. Ep. 1—29 eodem ordine leguntur in Barocc. gr. 4, ep. 30 sqq. in hoc sunt collectionis Lacapenianae. In ep. 33 (= 376)—244 (= 112), qua Neapolitanus desinit, codex cum hoc congruit, excepto quod in hoc ep. 44—48 (= 666. 351. 355. 808. 1398) inter 411 et 440 praetermissae sunt et duae (327. 314) extant, quae a Palatino absunt. Ep. 245—289 (fol. 103) fere eaedem sunt, quae in Skoklosterano[4]): 815. 345. 431. 841. 404. 253. 32. 807. 792. 748. 326. 334. 364. 371. 377. 378. 381. 385. 400. 503. 509. 511. 516. 552. 560—563. 518. 694. 695. 8. 60. 114. 115. 119. 127.

---

1) Graux et Martin. l. l. 262 numerum omiserunt.
2) Mss. Ups.-Linc. 24 sq.
3) Infra sub n. 162.
4) Sub initium similem exhibent ordinem Barocciano LVI fol. 99; cf. t. I 345 et infra sub n. 216.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT
https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized
Digitized by Google Original from PENN STATE

128. 130. 164. 173. 182. 184. 192. 256 et ordinem corporis plerumque servatum ostendunt. De fol. 104—110 cf. inf:a sub n. 341.

Alter codex est

81. Vaticanus Palatinus gr. 149 chart. formae oct. 522
sc. XV exeunt., qui fol. 4—145ᵛ continet 291 epistulas inscriptas *λιβανίου σοφιστοῦ ἐπιστολαί* easdem quas Benzelianus A (cf. n. 78) excepto quod ep. 376 et 375 et quae in illo num. *α—λη′* gerunt, non in principio, sed in fine syllcgae extant et quod sub num. 290 inter 289 (= 369) et 291 (= 282) extat comm. ep. 18 et quod sub n. 282 exhibet comm. ep. 20. Cf. infra sub n. 314. Post ultimam fol. 145ᵛ subscriptio legitur *τέλος τῶν ἐπιστολῶν λιβανίου κοιαίστορος τοῦ σοφιστοῦ*. Examinavi.

Multo laxiore vinculo cum Meursiano coniunctus est codex

82. Laurentianus LVII 19 chart. formae oct. sc. XV, 523
qui inde a fol. 1 continet syllogam 439 epistularum inscriptam *λιβανίου κοιαίστωρος τοῦ σοφιστοῦ ἐπιστολαί* multis e partibus constantem. Ac prima quidem exhibet ep. *α—λζ′* plane cum Meursiano concinentes atque inter has sub *κϑ′* comm. ep. 20, altera ep. *λη* (= 184)—*ροζ′* (= 1218) atque inter has sub *ρλϛ′* comm. ep. 2 aliunde collectas, sed ordine plane dissoluto; tertia *ροη* (= 420)—*σπδ′* (= 1083) epistulas, quae pleraeque etsi ordine paululum mutato in Meursiano inde a 69 extant; quarta *σπε* (= 203)—*τμη′* (= 1110) epistulas e libris *δ—ζ′* Vossiani[1]) selectas atque inter has sub *τη′* inter 646 et 648 comm. ep. 25 (= 647); quinta *τμϑ* (= 248)—*υκζ′* (= 61) iterum epistulas e corpore ordine dissoluto collectas; sexta denique (fol. 230—234)[2]) epistulas 16 inter Basilium et Libanium mutuas inscriptione privas (cf. infra sub n. 372). Codicem a Rostgaardo collatum et Mediceum B appellatum adhibuit Wolfius epistulasque 1202 W. (= 1304), 1203 W. (= 279) quae

---

1) Cf. supra p. 84 n. 33.

2) Fol. 235 continet finem ep. 432 inde a *προϑύμως* (X 422, 5), qui inter fol. 140 et 141 exciderat.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT / Public Domain in the United States, Google-digitized https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093

Digitized by Google Original from PENN STATE

eadem est atque 282 W., 1204 W., quae revera est Procopii ep. 15, ex eo edidit. Lectiones eius ad ep. 279 speciminis loco protulisse satis visum est. Ego a. 1870 examinavi.

Ex hoc descriptus est codex

524 83. Laurentianus LV 2 membr. formae folii sc. XV teste subscriptione fol. 316 ἐξέγραψε Ζηνόβιος ὁ Ἀκκιαῶλος exaratus a Zenobio Acciaiolo Florentino ordinis Praedicatorum fratre inde ab a. 1497 bibliothecae Marcianae Florentinae, ab 1518 usque ad 1519, quo mortuus[1]) est, bibliothecae Vaticanae praefecto, quem munere suo parum diligenter functum esse Rostgaardum non fugit, cuius notam in fronte codicis scriptam Bandinius Catal. codd. graec. Laur. II 216 publici iuris fecit. Acciaiolus quaternionem foliorum 165—172 per errorem in exemplari Laurentiano LVII 19 ante quaternionem foliorum 157—164 positum esse parum attendens epistulae σοζ΄ subiunxit epistulam σϙ et sequentes, et tres epistulas μζ, μη[2]), τμα (= 1208. 493. 992) omisit. Item inscriptiones epistularum 279 et antecedentis 107 commutavit. Lectiones ut Laurentiani LVII 19 speciminis loco in ep. 279 protulisse satis habui. De fol. 210—316 cf. infra sub n. 373. Codex Mediceus G appellatus est a Rostgaardo. Examinavi.

Ex hoc codice et Laurentiano LVII 47 descriptus est a. 1695 ab Antonio Maria Salvino codex qui hodie est

525 84. bibliothecae Bodleianae Dorvillianus X. 1. 4. 4 inscriptus: *Libanii Epistolae e Codicibus Mediceis duobus ab Antonio Maria Salvino descriptae. An. 1695.* Antecedunt epistulae 300 Laurentiani LVII 47, sequuntur a pag. 308 epistulae codicis Laur. LV 2 inscriptae λιβανίου κοιαίστωρος καὶ σοφιστοῦ ἐπιστολαὶ ἐξέγραψε ζηνόβιος ὁ ἀκκιαιῶλος et subscriptae: *Sono intutto* 531. θεῷ χάριτας. κδ σεπτεμβρίου ͵αχϙε. Sequuntur tres epistulae quae erant omissae σνη, ρνε, σογ ex codice priore (= 725. 1224. 1058) descriptae et epistulae inter Basilium et Libanium mutuae. Inspexi.

1) Mss. Ups.-Linc. 19. M. Vogel et Gardthausen 127.
2) Non σλθ, ut in nota Rostgaardi apud Bandinium l. l. legitur.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT
https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized
Digitized by Google
Original from PENN STATE

Salvinus has epistulas non solum descripsit, sed etiam in latinum sermonem vertit omnes. Hanc eius operam a. 1699 absolutam servat codex

85. bibliothecae olim Marucellianae, hodie nationalis 526
Florentinae A CII 1 chart. formae folii. Antecedit versio epistularum codicis Laurentiani LVII 47 cum verbis primis graecis; sequitur versio epistularum codicis Laurentiani LV 2 inscripta: *Libanii Quaestoris et Sophistae Epistolae. quas ex antiquo codice exscripsit Zenobius Acciaolus*, in qua praetermisit epistulas omnes, quae in priore codice extant, satis habens numerum indicasse quem in illo gerunt. Sequitur versio epistularum inter Basilium et Libanium mutuarum ex altero Laurentiano LVII 47 subiunctarum. Subscriptio est: *Finis. Laus Deo. 4. Maij. 1699. Florentiae. Antonius Maria Salvinus vertebat, et propria manu tum codicem Graecum tum Latinam versionem suam scripsit.*

Apographum huius codicis, sed subscriptione privum est codex

86. Bodleianus Dorvillianus X. I. 4. 8, sine dubio 527
idem, de quo disserit Wolfius in Praefat. ad Lectorem p. 2: *Idem* (Salvini) *ἀπόγραφον emendationibus Salvinianis hinc inde ornatum una cum versione Latina in Italia aere suo redemit Iac. Philippus Dorville, qui et mihi pro sua in me benevolentia utriusque usum concessit*, etsi codicem Dorvillianum versionis latinae tantum apographum esse autographi Marucelliani parum perspexit.

Prope ab ecloga codice *Vi* et codicibus cum his cognatis repraesentata stat propago, quam reddit ecloga in corpus epistolographorum recepta pluribus codicibus, Vatic. gr. 1353, Mutinensi LXXV, Ambrosiano C 6 servata. Quorum amplissimus est codex

87. Vaticanus gr. 1353 chart. formae quart. a. 1462 a 528
Constantino Lascari exaratus[1]), olim Fulvii Ursini,

1) *Κωνσταντίνου τοῦ λασκάρεως κτῆμα καὶ πόνος* legitur in fine indicis praemissi, *κτῆμα ποθεινὸν Κωνσταντίνου τοῦ λασκάρεως ὑπ' αὐτοῦ ἐν μεδιολάνῳ ἐκγραφὲν; αυξβ* rubricatum

praemissis definitione epistulae (fol. A), typis epistolicis Demetrii (fol. D), epistula Bessarionis ad filios Gemisti scripta (Inc. *Πέπυσμαι τὸν κοινὸν*) (fol. H) continet *ἐπιστολαὶ διαφόρων ἐπιφανῶν ἀνδρῶν* atque inter has post Phalaridis aliorumque inde a fol. 181 *ἐπιστολαὶ λιβανίου τοῦ σοφιστοῦ*. Sunt: 668. 759. 1027. 864. Intermissa est fol. 182ʳ Iuliani ep. 39 Herch., sed tantum usque ad *τολμήσαντα*[1]). Sequuntur ep. 723. 158. 194. 408. 389. 558. 1330. 241. 685. 23. 105. 518. 1201. 136. Dionys. ep. 2[2]) et Synes. ep. 30. Sequuntur 711. 131. 992. 1439. 1236. 809. 128. 1280. 536. 700. 237; comm. ep. 2; 617. 1041. 1342. 515. 383. 684. 104. 636. 509. 819. 379. 371. 1508. 1540. 352. 386. Intermissa est fol. 196ᵛ Iuliani ep. 74 Herch. Sequuntur 758. 369. 588. 806. 422. 462. 1131. 1302. 1304. 388. 1237. 1149. 652 (*λαρῖνο*[3]) *οὑτοσὶ*). 453. 511. 182. 493. 1220. 399. 384. 423. 628. 123. 1149. 652[4]). 121. 655. 387. 346. 329. 428. 1171. 736. 143. 341. 257. 957. 442. 413. 848. 455. 1133. 1304. 26. 429. 1347. 366. 49. 312[5]). 725. 1130. 1206. Intermissa est fol. 211ᵛ [Iuliani] ep. *α'* Herch., revera Procopii ep. 62; sequuntur fol. 212ʳ Iuliani ep. 1 Herch. et fol. 212ᵛ Liban. ep. 760; ib. Iuliani ep. 14 H.

---

fol. 214 et postea addita verba *τὰ δὲ ἐντεῦθεν ὕστερον ἐν μεσήνῃ ἐκγεγράφατο· δὶς ἐδέθη*. Praeterea legitur *Κωνσταντίνου λασκάρεως καὶ πόνημα καὶ κτῆμα* fol. 242ᵛ (non numerato), di 6. Dezembre 1464 in fol. 1 praefixo. Quod P. de Nolhac, La bibl. de Fulv. Orsini p. 152 Emi ante di 6. Dezembre 1464 dispicere sibi visus est, mihi non satisfecit. Ceterum teste sigillo folii A inter codices Parisios transportatos fuit, ut Heyler (Iuliani epp. p. XXIII) de codice Parisino Suppl. 1353 loqueretur, quod Hercherum et Hertleinium fugit. M. Vogel et Gardthausen 243 codicem sine causa a. 1464 tribuunt.

1) Bidez et Cumont, Sur la tradition manuscr. des lettres de Iulien 60.

2) Eadem legitur in Basileensi, codice familiae *S*.

3) In hac voce latere *ἱλαρῖνον* non observans Sabatuccius, Stud. ital. di filol class. XIV 385, hanc epistulam in editione Wolfiana deesse dixit.

4) Hic *λασῖνος* scriptum est.

5) *Σαυτὸν* legitur, non *ἑαυτὸν*, quod iterum Sabatuccium in errorem induxit, ut epistulam pro inedita haberet.

aliaeque epistulae Iuliani et fol. 214 *ὁ μέγας βασίλειος ἰουλιανῷ βασιλεῖ· Πικρά σοι τὰ τῆς παρούσης* et intermissis epistulis septem sapientium (*ἐκ διογένους τοῦ λαερτίου*) Iuliani, Epicuri aliorumque, inde a fol. 222^{v} comm. ep. 7. 24 (= 501). 25 (= 647). 12[1]); 1466. 1289. Desinit fol. 223^{v} *καὶ τοῦτο ποιήσομεν.*

Manavit quidem e codice, qui fuit classis Σ sed valde temeratus, id quod potissimum elucet in nominibus eorum ad quos epistulae datae sunt mutatis, ut *ἀρισταινέτῳ* pro *κλεάρχῳ* ep. 668, *σαλουστίῳ* pro *ἱερίῳ* 759, *κέλσῳ* pro *εὐτυχιανῷ* 864, et praeterea quinquies et vicies. Neque in his neque in aliis lectionibus quicquam praebet boni. Originem collectionis satis recentem prodit magnus numerus epistularum a Libanio alienarum ut Dionysii, Synesii, Procopii, Iuliani, Basilii intermixtarum. O. Rossbach mea gratia a. 1885 excerpsit, ipse a 1890 examinavi.

E Vaticano 1353 descriptus est

88. Vaticanus gr. 1467 chart. formae quart. sc. XVI, olim 529
fortasse Angeli Coluccii[2]), qui continet epistolas diversorum teste inscriptione involucri atque inter has fol. 57—61 [Iuliani] ep. *α'* Herch., revera Procopii 62 quaeque sequuntur in Vaticano 1353 fol. 211^{v}—213^{v}. Quae vero has fol. 62—84 excipiunt epistulae, sunt plane eaedem quae in illo extant fol. 196^{v}—211^{r} inde ab ep. 758 usque ad 1130. Reliquae desunt. Examinavi.

Sed e Vaticano 1353 descriptae sunt etiam epistulae, quas praebet

89. Laurentianus LVII 12 chart. formae quart. sc. XV 530
fol. 117^{v}—118^{v}. Fol. 117^{v} enim incipit epistula rubricata [Iuliani] *α'* Herch., revera Procopii 62; sequuntur fol. 118 Iulian. ep. 1, Liban. ep. 760[3]), Iulian. ep. 14. Quas excipiunt epistulae nonnullae Demetrii Cydonii.

Ex eadem qua Vatic. 1353 ecloga[4]) fluxit codex

---

1) Infra sub n. 396. 2) Sabatucci l. l. 392.
3) Infra sub n. 219.
4) Bidez et Cumont, La tradition manuscr. des lettres de Iulien 82.

531 90. Mutinensis LXXV (II C 8) chart. formae quart. min. sc. XV, olim Georgii Vallae, qui idem fuit librarius, testibus inscriptionibus fol. 185^v *γεωργίου τοῦ οὐάλλα ἔστι τὸ βιβλίον*, fol. 59^v *γεώργιος ὁ οὐάλλα ἔγραψε*, fol. 117^v *γεώργιος ὁ οὐάλλα πλακεντίνος ἔγραψε*[1]), cuius in bibliotheca num. 39 insignitus erat[2]), deinde Alberti Pii Carpensis teste inscriptione folii praefixi *Ἀλβέρτου πίου καρπαίων ἄρχοντος κτῆμα*, qui continet post *μαξίμου τοῦ πλανούδη περὶ τῆς συντάξεως τῶν ῥημάτων* (fol. 1) et *ἐκ τῶν τοῦ ἰωάννου φιλοπόνου γραμματικοῦ ἀλεξανδρέως περὶ διαλέκτων* (fol. 24) et Euripidis Aristotelisque epistulas (fol. 36) fol. 46^v—55 *λιβανίου σοφιστοῦ ἐπιστολαί.* Sunt: 668. 759. 1027. 723. 194. 389. 864; Iulian. ep. 39 Herch.; 158. 408; Synes. ep. 30; 711. 131. 1236. 992. 1439. 800 cum antecedenti cohaerens. 128. 1280. 700. 237. 617. 1041. 1342[3]). 515. 383. 684. 182; Iulian. ep. 74 Herch.; 758. Est codex Mutinensis D Rostgaardi, e cuius apographo Wolfius ep. 1188, i. e. Synes. ep. 30, edidit. Inspexi.

Codex tertius

532 91. Ambrosianus C 6 sup. (166 in catal. Martinii et Bassii) chart. formae quart. sc. XVI, olim cardinalis Federici Borromei teste inscriptione folii praefixi: *Felicibus auspiciis Illustrissimi Card. Federici Borromei Olgiatus vidit anno 1603*, continet post epistulas Phalaridis, Philippi, Alexandri, Aristotelis, Bruti fol. 81^r—108^r *λιβανίου σοφιστοῦ ἐπιστολαί*: Proximus est a Mutinensi, sed plures continet epistulas atque inter has etiam nonnullas, quae in Vaticano 1353 desunt, quas litteris cursivis significandas curavi. Sunt hae: 668. 759. 1027. 723. 194. 389. 408. 558. 1330; 1188 W. (= Synesii ep. 30); 711. 131. 1236. 1439. 809.

1) Puntoni, Stud. ital. di filol. class. IV 434 sq.

2) Cf. indicem ab Heibergio publici iuris factum (16. Beiheft z. Centralbl. f. Biblioth. 120): *Planude de constructione verborum, Io. Gramatici de dialecticis, epistule fictitie et Libanii, Xenofontis Hercules, Isocratis or. ad Demonicum, Lisiae Epitaphius in 4° in bomb.*

3) Quam Puntonius l. l. pro inedita habuit, cum *οὗτος* (non *αὐτὸς*) *αὐτῷ μοι* incipiat.

1280. 700. 237. 617. 1041. 515. 383. 182. 636. 509. 819. 379. 1508. 352; Iulian. ep. 74 H.; 758. *1395*. 123. 121. 1340. 493. 366. 49. 864; Iulian. ep. 39 H.; 158. 241. 685. 23. 105. 136. 518. 1201. *153*. *1533*. 21. 369. 806. 1131. 388. *608*. 1220. 312. Nomina eorum, ad quos datae sunt, cum Vaticano 1353 fere congruunt. Rostgaardo ignotus mansit. Inspexi.

Iam nominandi sunt duo codices, qui longiore intervallo a *S* distant. Quorum prior est

92. Chalcenus monasterii S. Trinitatis 145 hodie in bibliotheca scholae Theologicae repositus chart. formae oct. sc. XIV [1]) fol. 377—399ᵛ umore et vermibus male tractatus. Quem propter terrae motum in hypogaeo reconditum cum mihi in insula Chalce versanti inspicere non liceret, t. V 224 sq. de eo, quae Papadopulus Kerameus mecum communicaverat, rettulisse satis habui. Nunc quod meliora edoctus sum benevolentiae debeo Hieronymi Markowskii, qui a. 1912 codicem meum in usum denuo perscrutatus est [2]).

Collectio 67 epistularum fol. 377—399ᵛ manu ab antecedentibus diversa scriptarum eclogam repraesentat e Σ ordine saepius turbato quam servato factam et nonnullis epistulis aliunde sumptis ex archetypo auctam. Incipit inscriptione priva epistulis 374, 435, 357 et desinit ep. 802, 173, 909. Ex ampliore sylloga eas esse electas e numeris apparet in marginibus ad ultimas epistulas etsi altera manu adscriptis. Nam ad ep. 60 (= 1048) adscriptum est *ρξα'*, ad 62 (= 1004) *ρξς'*, ad 67 (= 909) *ροβ'*. Sed etiam sylloga ipsa pluribus locis detrimenta cepit. Ep. 13 enim (= 366) fol. 374ᵛ

1) Cf. t. V 224 n. 213.

2) Cf. quae interim ex eius schedis de codice rettuli t. VII 581. Ad ea, quae t. V 224 sq. exposui, supplementi loco addo *μελέτας λιβανίου ῥήτορος* fol. 286ʳ incipere ab *Εἰμὲν ἐβούλετο* id est a declamatione Menelai (= t. V 201), sequi fol. 290ᵛ ut Libanianam *Ἀφαιρεθεὶς ἀχιλλεὺς*, fol. 304ʳ antilogiam Achillis (t. V 308), fol. 319ʳ *Ἔχων τις δύο παῖδας* (t. VII 588). Ceterum codex pars videtur esse Libanii illius quem duobus voluminibus comprehensum in bibliotheca monasterii S. Trinitatis Chalceni a. 1838 vidit Zacharias de Lingenthal (Reise in den Orient 303).

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT / Public Domain in the United States, Google-digitized https://hdl.handle.net/2027/pst.000007761093
Digitized by Google
Original from PENN STATE

desinit verbis *πρὸ πολλῶν αὐτὸν ἀποδείξει* (X 351, 8), fol. 375 scriptura vacat et fol. 376 incipit verbis *θεῖος δὲ ἐνταῦθα ῥήτωρ* quae sunt mediae epistulae 320 (X 300, 12). Item ep. 21 (= 1304) fol. 377^{v} desinit verbis *διὰ τοῦτο ἔφην* (X 369, 2), fol. 378^{r} vero incipit verbis *καὶ ἀνδρῶν κρατεῖν*, quae sunt mediae epistulae 49 (X 48, 3). Item ep. 26 (= 35) fol. 379^{r} desinit verbis *ταύτην οὐ φαύλην τὴν παράταξιν* (X 33, 14), fol. 380^{r} vero incipit verbis *ὅσοις μὲν γὰρ* quae sunt Patrocli declamationis non Libanii sed Choricii (t. IV 100, 8 R.) et desinit verbis eiusdem declamationis *ἐμπεσούσας αὐτῷ κακοπραγίας ὠνείδισεν ἥμαρτον* (ib. 102, 7), fol. 381 vero incipit verbis *πρὸς δὲ ἄλλον οὐδὲν ἂν γράψαιμι* quae leguntur ep. 409 (X 405, 5). Ad ep. 36 (= 406) fol. 384^{v} in margine scriptum est *τοῦ σοφωτάτου καὶ λογιωτάτου ῥήτορος τοῦ κωνσταντίνου*, quod non ad hanc, sed ad sequentem pertinet epistulam Pseudolibanianam quae incipit *⟨Κ⟩αὶ τοῦ κάλλους ἕνεκα τῆς ἐπιστολῆς καὶ ἧς ἡμᾶς ἡδονῆς ἐνέπλησας γράψας καὶ ἐπαινῶ καὶ φιλῶ καὶ τήν γε μέσην χώραν τῆς ψυχῆς ἀπονέμω*, cuius in margine scriptum est *λιβανίου ἀθηνοδώρω*: Atque haec ante finem desinit verbis *καὶ μένοις γε ἐπὶ τούτοις καλός τε ὢν κἀγαθὸς καὶ τοῖς συνοῦσι τῶν φίλων ἐπικουρῶν τὰ εἰκότα, ἐγὼ δέ, εἰ μέν*, fol. 385^{r} vero incipit verbis *οὐδὲν ἱερόν φασι* ep. 351 (X 329, 8). Ep. 53 (= 66) fol. 392^{v} desinit verbis *πεποίηται, μὴ φθονεῖν* (X 66, 9), fol. 393^{r} vero incipit verbis *εἰ μὲν οὖν ὅστις ἠτιάθη* ep. 105 (X 105, 13).

Ex hoc descriptus est codex

533 93. bibliothecae patriarchalis Hierosolymitanae S. Sepulcri 276 chart. formae quart. sc. XVII/XVIII fol. 264—293. Ut iam non omnia se legere potuisse librarius in subscriptione fol. 293 ipse testatur: *εὕρηνται παρὰ ταύτας καὶ ἕτεραι τοῦ αὐτοῦ λιβανίου ἐπιστολαὶ τὸν ἀριθμὸν σοβ*[1]) *ἐν τῇ μονῇ τῆς ἁγίας τριάδος τοῦ ἐσόπτρου ἐν τῇ χάλκῃ νήσῳ· ἀναγνωσθῆναι ὅμως ἐκείνας πάσας οὐκ ἦν δυνατόν, διὰ*

1) Error est librarii, nam in margine codicis Chalceni legitur *ροβ'*.

τὸ τὴν βίβλον βραχῆναι καὶ τοὺς ἐγγεγραμμένους χαρακτῆρας ἐξαλειφθῆναι τέλεον, ita multa praetermisit, inter quae et plurimas illas reliquias epistularum et Patrocli fragmentum. A. 1896 examinavi.

Alter codex, qui longiore intervallo a *S* distat, est

94. Laurentianus XXXII 37 (= L) sc. XIV[1]), fol. 132 inscriptus manu secunda ἐπιστολαὶ λιβανίου. Sunt 249 epistulae. Ordo raro idem qui in Σ, plerumque valde mutatus est. Incipit a commercio epistolico Basilii et Libanii (cf. infra sub n. 347). Sequuntur ep. 143. 68. 122. 72. 93. 103. 756. 773. 741. 797 ordine fere eodem atque in Meursiano n. 145—155, sed quae subsequuntur, illum ordinem plane deseruerunt. E parte ordo epistularum cum Vatic. gr. 82 fol. 250—253 concinit (cf. infra sub n. 194), et sub finem ab ep. 375. 376 ordo prope ad Laurent. LVII 47 accedit. Sed etiam aliunde intermixtae sunt epistulae, non solum duae Iuliani, prior (= 34 Hertl.) inter 819 et 35[2]), altera (1205 W. = 54 Hertl.) inscriptione priva inter 1202 et 1160, sed etiam nonnullae epistulae Libanii (1122. 1201. 1213. 1404. 1222. 1352. 1305. 1247. 491), quae maxima e parte a Σ afuerunt et cum lectiones etiam a *V* discedant, ad *a* redire videntur. Harum epistularum, quas Wolfius ex apographo Rostgaardi, qui codicem Mediceum C appellavit, edidit, lectiones denuo contuli.

Iam, ut summam faciamus eorum, quae de codicibus classis Σ exposuimus, numerus eorum maior est quam ut liceat vel e re sit omnium vel plurimorum lectiones in apparatu reponere. In paucis acquiescendum est codicibus iisque ad imaginem codicis Σ adumbrandis maxime idoneis. Digni mihi visi sunt, quorum lectiones plenae proferrentur, codices *S* et *Vi*. Codicum vero *Bas, Laur, Burn, La* ratio fere habita non est nisi ubi illi deficiebant vel hi aliquid plane memorabile praebebant.

---

1) Cf. t. IV 303 n. 144.

2) Eadem epistula etiam in Vatic. gr. 1376, sed alio loco inserta est. Vide infra sub n. 164.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT / Public Domain in the United States, Google-digitized / https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093
Digitized by Google
Original from PENN STATE

§ 5. De ecloga altera epistularum *g* e communi cum Σ fonte profecta.

Sed codex ille *e* praeter Σ habuit propaginem, quam littera *g* insignivi. E qua profectus est praeter S_{II}, de quo supra p. 97 sub n. 55 a verba fecimus, codex *h*, e quo ortus est Mo_{II} et codex, qui fons fuit archetyporum *l* et *m*.

Signo Mo_{II} significo syllogam alteram, quam praebet codex

95. Mosquensis gr. 459[1]) fol. 379—416 manu a priore diversa exaratam et rubricatam *λιβανίου σοφιστοῦ καὶ ῥήτορος ἐπιστολαί* (= Mo_{II}). Sunt numeratae *α—ριζ'*. Sunt: 352. 122. 125. 174; 1559 W. i. e. Procopii ep. 87 Herch.; 175. 651. 137. 25. 442; 1572 W. i. e. Procop. ep. 56; 670. 1267. 488. 49. 119. 383. 163. 499. 123. 636. 1330. 1170. 236. 1173. 736. 617. 441. 389. 58. 46. 98. 364. 69. 655. 346. 380. 327. 173. 410. 872. 736. 320. 221 744. 780. 509. 969. 847. 851. 857. 892. 103. 184. 195. 226. 237. 239. 242. 245. 256. 282. 298. 299. 348. 72. 1155. 666. 80. 1398. 497. 1218. 1220. 354. 339. 81. 379. 366. 367. 685. 432. 61. 105. 1133. 581. 632. 639. 606. 696 732. 309. 762. 741. 797. 802. 810. 819. 838. 842. 957. 992. 390. 35. 316. 44. 75. 95. 112. 150. 386. 578. 1441. 1185. 1154. 1238. 995. 1033. Scatet vitiis imprimis in nominibus eorum ad quos epistulae datae sunt commissis, velut 442 non *καλλιοπίῳ*, sed *δακιανῷ* inscripta est, 1155 non *οὐλπιανῷ*, sed *ἀνδρονίκῳ*, 1398 non *ῥουφίνῳ*, sed *ἐλπιδίῳ*, 1220 non *σκυλακίῳ*, sed *ἀριστοφάνει τῷ κορινθίῳ*, 1238 non *ἐλπιδίῳ*, sed *παλαδίῳ*, sed etiam omissionibus et transpositionibus vocabulorum. Rarissime igitur neque fere nisi ubi a Mo_{I} recedit lectionum eius mentionem feci.

Hanc quoque collectionem Matthaei cum editione Wolfii contulit eiusque opera niti potui. Vid. supra sub n. 47. Initia omnium copiamque quattuor epistularum Theodorus Korsch mihi misit.

1) Supra p. 90 n. 47.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT / Public Domain in the United States, Google-digitized
https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093
Digitized by Google
Original from PENN STATE

Sed *h* habuit etiam alteram propaginem *i*, e qua et *l* archetypus codicum *WC*$_{\text{II}}$*Par* et archetypus *(m)* codicum recensionis Lacapenianae et familiae Cremonensis originem ceperunt. Ac primum agamus de codicibus familiae *l*.

Quorum agmen ducit codex

96. Wolfenbuttelanus 4292 [1]) Gudianus gr. 104 534
(= *W*) membr. formae oct. sc. XIII ineunt., olim Gottorpiensis, qui post Synesii epistulas homiliasque [2]) fol. 102—124, quo desinit, continet syllogam 129 epistularum inscriptam *ἐπιστολαὶ λιβανίου σοφιστοῦ*. Sunt numeratae *α—ρκθ'*. Quarum prima est 969, secunda 838, ultima 1110, quae desinit verbis *ὁ τῆς δίκης ἑταῖρος* (XI 216, 15). Continentur eo praeter has ep. 844. 511. 1. 847. 851. 901. 892. 109. 121. 127. 136. 137. 143. 247. 150. 167. 173. 182. 210. 248, qua fol. 106 desinit. Fol. 107 incipit ep. *νθ'* (= 255). Ep. *κγ—νη'* pluribus foliis amissis interciderunt. Sed erant revera 40. Quae fuerint, ex apographo, Parisino 3022, clarum fit. Sequuntur (*ξ'*) 298. 299. 301. 1330. 1257. 1340. 1288. 323. 947. 956. 957. 1231. 1233. 1232. 1228. 1202. 1171. 1158. 1134. 1153. 1173. 1168. 1170. 1147. 1195. 1203. 964. 972. 1016. 1048. 1080. 1081. 1010. 1006. 1004. 995. 962. 911. 909. 907. 809. 810. 804. 802. 796. 763. 756. 736. 735. 732. 731. 694. 663. 659. 650. 639. 571. 561. 558. 528. 503. 368 283. 274. 128. 97. 98. 86. 65. 38. Ordo corporis hic illic dispicitur, sed plerumque derelictus est. Codicem verba ep. 182 (X 168, 7 sq.) *ἐσμὲν—εἰωθότων*, quae in *b (V, Va, Vo)* et Dresdensi propter homoeoteleuton *εἰωθόσιν — εἰωθότων* exciderant, cum Sinaitico per *e* ex *a* servavisse supra p. 97 sub n. 55a monui. Correctus est tribus manibus, quarum duae (m^2 et m^3) a prima non multum absunt, tertia (m^4) nigro atramento usa recens est; m^2 etiam glossas suprascripsit. Contulit codicem a. 1773 Reiskius, ego Rostochium missum atque in apparatum criticum recepi.

---

1) Heinemann, Die Handschr. von Wolfenbüttel Abt. IV 66.
2) Fritz 349 sq.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT
https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized

Digitized by Google

Original from
PENN STATE

E Wolfenbuttelano manu, ut falso putatur, Caesaris Strategi[1]) nitidissime descriptus est codex

535 97. **Parisinus** gr. 3022 membr. formae oct. sc. XV, olim num. 1592, $\frac{1741}{3290}$ insignitus, fol. 1—88 inscriptus *ἐπιστολαὶ λιβανίου σοφιστοῦ*. Titulus, numeri epistularum, nomina eorum, ad quos datae sunt, rubricata sunt. Servavit epistulas, quae in Wolfenbuttelano interciderunt numerisque *κγ —νη′* signatae erant, in hoc vero rectius *κγ—ξβ′*: 62. 379. 373. 80. 345. 339. 81. 72. 899. 74. 175. 238. 748. 25. 409. 535. 1236. 319. 808. 362. 358. 636. 316. 333. 625. 945. 131. 617. 197. 1058. 872. 693. 699. 700. 1041. 711. 746. 797. 923. 1039. 1058. 872. Ultima (*ρλδ′*) desinit iisdem verbis *ὁ τῆς δικῆς* (sic) *ἑταῖρος* (XI 216, 15), quibus Wolfenbuttelanus. Reliqua pars folii 88 et fol. 89 et 90 vacua relicta sunt. Fol. 91^r incipit ecloga commercii inter Basilium et Libanium epistolici (cf. infra sub n. 376), quae desinit cum codice fol. 93. Codex num. 3290 signatus adhibitus est a Rostgaardo, qui epistulas, quae a Parisino Maximo aberant, ex eo descripsit. Cuius copiis usus Wolfius, qui eum codicem **Strategi** appellavit, ep. 1114—1133 ex eo edidit. Examinavi a. 1880.

Ex eodem, quo Wolfenbuttelanus, fluxerunt complures codices; primus est

536 98. **Parisinus** gr. 3021 chart. formae oct. sc. XV, olim Colbertinus 3754, deinde Regius 3073, in folio titulo praefixo *Epistolae diversorum* insignitus, qui continet (fol. 1—3^r) post nonnullas commercii inter Basilium et Libanium epistolici epistulas (cf. infra sub n. 311) fol. 3^r (pag. 5)—pag. 77 epistulas rubricatas *λιβανίου* 819. 72. 74. 617. 748. 1236. 362. 636. 316. 80. 345. 797. 301. 1330. 1041. 255. 298. 283. 923. 1134. 511. 1257. 333. 1081. 81. 911. 409. 535. 62. 379. 373. 736. 956. 937. 1233. 808. 872. 796. 238. 167. 756. 735. 197. 1006. 711. 746. 358. 1228. 1203. 1016. 732. 731. 694. 663. 972. 1048. 1039. 128. 659.

1) M. Vogel-Gardthausen 224.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT
https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized

Digitized by Google
Original from
PENN STATE

558. 528. 639. 97. 98. 1058. 86[1]). Exceptis epistulis Basilii et Libanii mutuis et prima huius eclogae (819) omnes etsi ordine valde mutato in Wolfenbuttelano extant. Ignotus mansit codex Rostgaardo. Mea gratia excerpsit Guendelinus Foerster a. 1873. Examinavi a. 1880.

Secundus codex ex eodem quo Wolfenbuttelanus exemplo excerptus est

99. Chalcenus scholae emporicae, olim monasterii Theotoku 157, chart. formae oct. sc. XV fol. 221—244 (= C_{II}). Est fragmentum postea modo a bibliopego cum reliqua parte codicis, qui ab umore magnum detrimentum cepit, coniunctum[2]). Incipit verbis *οὐκ ἀγνοήσαντες* ep. 127 (X 129, 4). Sequuntur ep. 136. 131. 511. 137. 143. 150. 167. 1153. 163. 173. 175. 182. 184. 192. 195. 210. 221. 224. 226. 237. 323. 1288. 947. 956. 957. 410. 1231. 1233. 1232. 1228. 1202. 1171. 1158. 1134. 1173. 1168. 1170. 1147. 1195. 1203. 964. 972. 1016. 1048. 1010. 1006. 1004. 995. 965. 1080. 911. 907. 819. 962. 274. 1229. 67. 632. 301 503. 37. Quae epistularum numerationis vestigia dispiciuntur pauca *μζ'*, *ν'*, *ξβ'* ad marginem epistularum hodie num. 29, 32, 44 gerentium, documento sunt in initio 18 epistulas excidisse, id quod recte vidit Papadopulus Kerameus 38. Usque ad 907 plerumque cum Wolfenbuttelano in ordine congruit excepto quod complures extant, quae ab hoc absunt, una (250) deest, quae in hoc inter 143 et 150 extat. Ultimae 9 epistulae aliunde sumptae sunt. Paucae epistulae nomina eorum ad quos datae sunt in textu, paulo plures in margine, pleraeque omnino non habent. Nonnullae, ut 173 et 184, in fine mutilae sunt. In universum textus fide cedit Wolfenbuttelano potissimumque omissionibus et transpositionibus scatet, ut parum dignus sit, qui adhibeatur nisi ubi ille deficit. Collatione publicata a Papadopulo Kerameo l. l. p. 38—42 usus sum. Ipse codicem a. 1896 exa- 537

1) Duobus foliis vacuis relictis sequuntur epistulae Synesii aliorumque epistolographorum.

2) Papadopulus Kerameus 18. 38, qui fragmentum littera X^b significavit.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT / Public Domain in the United States, Google-digitized https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093
Digitized by Google
Original from PENN STATE

minavi. De eclogis duabus eodem codice fol. 254ᵛ—266 et 277 comprehensis cf. infra sub n. 189.

Eiusdem originis atque generis est codex

538 100. Chalcenus scholae emporicae olim monasterii *Θεοτόκου* 159 chart. formae oct. (206 × 142 mm.) sc. XIV exeunt. vel XV ineunt. in margine sinistro umore quodam perfusus multa ut legi iam non queant, qui continet post opuscula grammatica Moschopuli, Thomae Magistri aliorumque fol. 115—193ᵛ syllogam epistularum inscriptam *ἐπιστολαὶ λιβανίου τοῦ σοφιστοῦ*. Epistulae sunt numeratae, sed multi numeri umore perfusi dispici iam non possunt. Nihilominus numeri conspicui sufficiunt ad dubitationem eximendam, quin nonnullis locis culpa bibliopegi ordo genuinus foliorum turbatus sit. Codicem meum in usum examinavit Papadopulus Kerameus[1]), qui eum *Xd* appellavit, denuo, cum nonnullas epistulas attentionem suam fugere potuisse scripsisset, Photius Alexandrides archidiaconus a. 1891, denique a. 1896 ipse examinavi.

Ordo corporis genuinus hic illic dispicitur, sed plerumque derelictus est manetque etiam si folia ad iustam seriem rediguntur. Ep. *α—μα′* sunt 313. 531. 920. 135. 448. 848. 525. 711. 136. 95. 1153. 247. 100. 61. 69. 1. 94. 700. 323. 167. 120. 1152. 342. 392. 967. 717. 639. 669. 882. 372. 576. 305. 347. 774. 837. 1171. 618. 815. 854. 806. Perierunt ep. *μβ—νβ′*. Ep. *νγ—ϙδ′* sunt 425. 90. 1195. 508. 809. 1288. 312. 511. 1340. 125. 109. 1134. 1232. 892. 1168. 65. 123. 121. 670. 182. 1439. 389. 1157. 332. 345. 1195. 1203. 107. 118. 42. 517. 499. 325. 327. 331. 333. 352. 197. 314. 1058. 872. 605. Numeri iam non dispiciuntur in 696. 699. 754. 780. 797. 509. 515. 923. 1039. 969. *ρς′* est 838. Sequuntur 844. 847. 851. 103. 857. 931. 114. 119. *ριε—ρκα′* sunt 379. 369. 122. 127. 131. 150. 163. Numeri iam non dispiciuntur in 211. 212. 216. 227. 235. 244. 259—261. 268. 280. 394. 396. 398. 406. 427. 553. 547. 5. 9. 11. 13. 23. 24. 27. 28. 39. 43.

1) *Παλαιογρ. δελτ.* 43 et 55—61.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT / Public Domain in the United States, Google-digitized
https://hdl.handle.net/2027/pst.000007761093

Digitized by Google

Original from PENN STATE

75. 82—85. 96. 102. 108. 153—155. 157. 199. 1136—1138. 1149. 1141. 1142. 1145. 51. 71. 77. 133. 158. 387. 372. 455. 424. 413. 455. 453. 429. 428. 380. 431. 317. 404. 337. 1163. 1237. 684. 682. 690. 1131. 1280. 339. 500. 32. 340. 318. 1215. 192. 399. 210. 224. 226. 238. 241. ρλγ' et ρλδ' sunt 239 et 242. Numeri non dispiciuntur in 245. 248. 253. 255. 256. ρμ' est 282. Sequuntur 301. 348. 72. 1330. 1155. 1257. 947. 957. 956. 410. 1231. 1233. 1228. 1170. 1147. 964. 972. ρξ' est 1016. Sequuntur 1048. 1080. 1081. 1010. 1006. 1004. 995. 965. 962. 945. 911. 909. 907. 809. 810. 804. 802. 796. 756. 741. 736. 735. 732. 731. 694. 663. 659. 680. 650. 571. 561. 558. ρϟδ' est 552. Sequuntur 528. 503. 405. 399. 390. 388. 386. 371. 374 (σγ'). 368 (σδ'). 364 (σε'). 362. 283. 274 (ση'). 128. 97. 61. 46 (σιβ'). 49 (σιγ'). 37 (σιδ'). 33 (σιε'). 38 (σιϛ'). 383 (σιζ'). 1110 (σιη'). 999 (σιθ'). 1026 (σκ'). 1063 (σκα'). 1064. 80. 81. 578 (σκε'). 19. 636 (σκζ'). 391 (σκη'). 432 (σκθ'). 436 (σλ'). 441. 476 (σλε'). 473 (σλγ'). 481 (σλδ'). 493. σλϛ—σξα' sunt 495. 1119. 1120. 1127. 1130 1145. 1154. 1184. 1197. 1259. 277. 203. 218. 219. 414. 419. 423. 422. 442. 652. 762. 842. 740. 633. 645. 646.

E parte cum hoc Chalceno codice congruit

101. **Laurentianus** LXXXVI 8 chart. formae oct. sc. XV 539
scriptura valde arta neglegenter exaratus. Sylloga fol. 129ᵛ—192ʳ comprehensa inscripta *ἐπιστολαὶ λιβανίου σοφιστοῦ* continet ep. α—τιβ'. Manu librarii etiam scholia brevia in margine scripta sunt. Ac priorem quidem partem efficiunt ep. 1. 313. 304. 1041. 711. 942. 936. 953. 1033. 821. 465. 167. 136. 143. 122. 182. 131. 125. 127. 119. 123. 121. 404. 137. 383. 163. 173. 460. 617. 499. 325. 327. 331. 333. 352. 197. 314. 1058. 872. 693. 696. 699. 700. 746. 754. 780. 897. 509. 511. 515. 923. 1039. 969. 838. 845. 847. 851. 857. 901. 892. 103. 109. 184. 192. 195. 210. 221. 226. 237. 238. 239. 242. 245. 256. 282. 298. 299. 301. 332. 345. 348. 72. 1330. 1155. 1257. 1340. 1288. 323. 947. 956. 957. 410. 1231. 1233. 1232. 1228. 1202. 1171. 1158. 1134. 1153. 1173. 1168. 1170. 1147.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT / https://hdl.handle.net/2027/pst.000007761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized

Digitized by Google

Original from PENN STATE

1195. 1203. 964. 972. 1016. 1048. 1080. 1081. 1010. 1006. 1004. 995. 965. 962. 945. 911. 909. 907. 819. 809. 810. 804. 802. 796. 763. 756. 741. 736. 735. 732. 731. 694. 114. 347. 453; 1108 W.[1]). 58. 1205. 376. 442. 636. 1260. 369. 222. 359. 384. 317. 968. 216. 54. 758[2]). Sequuntur sub ϱξα—ϱογ' epistulae inter Basilium et Libanium mutuae (cf. infra sub n. 368). Commercium epistolicum excipiunt epistulae alterius partis 612. 150. 175. 247. 248. 253. 255. 663. 659. 651. 650. 639. 571. 561. 558. 552. 528. 503. 408. 405. 399. 390. 388. 386. 371. 379. 374. 368. 364. 362. 283. 274. 128. 97. 98. 95. 86. 89. 65. 61. 46. 49. 37. 33. 26. 38. 1110. 999. 1026. 1063. 1064. 80. 81. 578. 19. 391. 389. 432. 436. 441. 476. 473. 481. 493. 495. 1119. 1120. 1127. 1130. 1145. 1155. 1184. 1157. 1189. 1185. 1196. 1197. 1200. 1202. 1218. 1224. 1238. 1259. 1261. 1266. 1274. 1283. 1342. 1350. 1351. 1361. 1383. 1395. 1397. 1408. 1411. 1414. 1419. 1424. 1425. 1428. 1429. 1430. 1431. 1433. 1435. 1436. 1438. 1439. 1441. 1443. 1457. 1466. 1473. 1483. 1487. 1488. 1558. 1517. 1518. 1524. 1526. 1527. 1533. 1536. 773. 435. 1220. 1236. 515. 64. 848. 849. 483. 491. 93. 487. 45.

In parte priore codicem ex eodem quo Chalcenum fonte fluxisse docet ordo in epistulis λβ—λθ', μϛ—νθ', ξδ—ϱλθ' cum illo ita congruens, ut modo hic, modo ille epistulas exhibeat, quas alter praetermisit. In altera parte fere cum sylloga Lacapeniana facit.

Est codex Mediceus *E* Rostgaardi et Wolfii, qui ex illius apographo ep. 487 edidit. Cuius lectiones sufficiunt ad demonstrandum codicem in censum venire non posse. Examinavi.

---

1) Haec ep. ϱμγ' recte inscripta φιλοξένῳ revera est Dionysii Antioch. 1, quae, etsi ex alio exemplo derivata, media inter Libanii epistulas legitur in Paris. gr. 2022 fol. 166r, e quo a Rostgaardo descripta et a Wolfio edita est, et in Basileensi F VIII 4. Cf. supra p. 66 n. 9 et p. 99 n. 58.

2) Est haec ep. (ϱνθ') inscripta λιβάνιος ἰουλιανῷ, quoniam antecedit epistula non numerata Iuliani (74 Herch.), ad quam Libanius illa respondet. Sequitur item innumerata Iuliani ep. 14 Herch.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT / Public Domain in the United States, Google-digitized
https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093
Digitized by Google
Original from PENN STATE

Deinde excerptus est ex eodem exemplo, e quo hic Laurentianus descriptus est,

102. Parisinus gr. 2075 (= Par), olim numeris 3280 A 540
et 2999. 2 insignitus, chart. formae oct. a. 1439 ab Ioanne Eugenico exaratus[1]) fol. 60—119[2]). Inscripta est sylloga *λιβανίου σοφιστοῦ ἐπιστολαί.* Sunt epistulae rubricatae *α—σϛ'*. Quarum primae sunt 746. 700. 711, ultimae 773. 435, comm. ep. 24. Ordo prius quidem a Laurentiano multum, postea vero fere non recedit, sed multae epistulae praetermissae sunt. Nomina eorum ad quos epistulae datae sunt usque ad *λϑ'* desunt, quia postea rubricari debebant, excepto quod ad *ε'* (= 352) manu secunda *σπεκτάτω* additum, ad *κδ'* (= 892) *γεσσίω* rubricatum est. Inde a *μ'* usque ad finem manu librarii exarata sunt ita ut prima littera rubricaretur. De fol. 120—124 cf. infra sub n. 366. Inde a fol. 124 sequuntur *συνεσίου ἐπιστολαί.* Iam fontem, e quo fluxit, manum interpolatricem expertum esse testatur embolimon codici cum Barocciano 9 (cf. infra sub n. 168) commune in ep. 300 *πάντως δὲ — ἐπιστέλλειν* (X 282, 1). Adhibitus est a Rostgaardo, qui eum Nigrum appellavit. E cuius apographo Wolfius ep. 1031—1083 edidit. Examinavi atque, ubi Wolfenbuttelanus deficit, adhibui.

Denique ad *l* redit ecloga epistularum, quam praebet

103. Vaticanus gr. 481[3]) fol. 89—187^{v} inscripta *ἐπιστολαὶ λιβανίου τοῦ σοφιστοῦ.* At cum auctor eclogae id potissimum egerit, ut epistulae ad eosdem scriptae quam maxime una starent, ordo fontis plerumque relictus est. Sunt numeratae *α—ρλδ'*: 1058; *ἀκακίῳ* 345. 431. 354. 317. *ῥητορίῳ* 404. *στρατηγίῳ* 356. 344. 323. 807. 679. 859. 60. 424. 1131. 466; ep. 1087 W. i. e. Dionys. ep. 2; 1141. 13. 725. 1227. 442. 1138. 318. 432. *δατιανῷ* 1259. 1260. 1184. 1197. 441. 1173. *ἀνατολίῳ* 578. 19. *μοδέστῳ* 333. 58. 46. 49. 37. 389. 1483. 197. 163. *βηλαίῳ* 819. 763. *τατιανῷ* 872. 854. 909. *κέλσῳ* 696. 699. 746. 736. *ἀκακίῳ*

---

1) M. Vogel et Gardthausen 171.
2) De Libanii libris manuscr. Upsal. 15.
3) Cf. t. I 369 n. 59 et t. VII 547.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT / Public Domain in the United States, Google-digitized
https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093

Digitized by Google Original from PENN STATE

121. 127. 754. 298. 1330. 1288. 651. 371. 74. 1458. 735. 732. ἀλεξάνδρῳ 838. 282. 299. 1257. 1351. 1361. 1397. 1411. 1424. δημητρίῳ 528. 283. 128. 1481. μαξίμῳ 239. 694. 1350. 1439. κλημματίῳ 325. 332. ἀμμιανῷ 1527. 1534. 1540. χρωματίῳ 693. θεμιστίῳ 301. 368. 86. 476. 1430. γαιανῷ 780. 119. 1218. ἐλπιδίῳ 1395. 1433. 797. 1473. 1508. 103. 1081. 1119. 1195. 1487. 810. 802. 369. 493. 1428. 1429. 1224. 1185. 390. 386. 663. πρισκιανῷ 125. 136. 143. 173. 237. 636. 167. θεοδώρῳ 1205. τῷ αὐτῷ ἤτοι τῷ πρισκιανῷ 256. 1156. 435. 98. 352. 116. 245. 248. 659. 1383. Etiam nomina eorum ad quos epistulae datae sunt passim alterata sunt, velut 1227 inscripta est non καισαρίῳ, sed μαρίῳ, 1138 non μαρκελλίνῳ, sed καρίνῳ, 1257 non εὐφημίῳ, sed ἀλεξάνδρῳ, 1330 non ἀντωνίνῳ, sed ἀκακίῳ, 1288 non μαρίῳ, sed ἀκακίῳ. Scholium de Maximo ad ep. 694 fere idem habet atque *W, Lac,* sed ep. 1227 aliunde sumpta est. Inspexit Rostgaardus. Examinavi.

§ 6. De codicibus eclogae Lacapenianae et familiae cum hac cognatae.

Ex *i* vero fluxit etiam archetypus *m* codicum recensionis Lacapenianae et familiae cum hac cognatae (cf. supra p. 124. 125). Ut a priore initium faciamus, e *m*, propagine codicis *i*, sub initium sc. XV[1]) scholarum in usum eclogam fecit Georgius Lacapenus. Sunt 264 epistulae, quarum initia publici iuris feci in commentatione: De Libanii libris manuscr. Upsal. et Lincop. 10sq. Ordo quidem corporis, qui hic illic dispicitur, ad *V* prope accedit, sed saepius est derelictus, quia auctor nihil antiquius habuit nisi ut epistulas ad interpretandum vel imitandum idoneas eligeret. Sylloga summam omnium auctoritatem nacta plurimis codicibus ad nostram aetatem propagata est. Nonnulli eorum etiamnunc scholia trivialia continent, quae

1) Sigfr. Lindstam, Georgii Lacapeni epist. X priores cum epimerismis editae, Upsaliae 1910 p. IX sq.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT / https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized
Digitized by Google Original from PENN STATE

ad auctorem ipsum redire maxime probabile est[1]). Praeterea praemisit vitam Libanii Eunapianam[2]).

Initium facio ab iis codicibus, qui subscriptionem exhibent *αὗται αἱ ἐπιστολαὶ τοῦ λιβανίου ἦσαν γεγραμμέναι εἰς τὸ βιβλίον τοῦ κυροῦ γεωργίου τοῦ λακαπηνοῦ.* Sunt hi:

104. Mutinensis LV (III B 3)[3]) sc. XIV fol. 96—160. Subscriptioni addita sunt verba *ἤτοι ὁμοῦ αἱ ὅλαι διακόσαι ἑξήκοντα τέσσαρες.* Est Mutinensis B Rostgaardi Wolfiique. Inspexi.

105. Vaticanus gr. 113[4]) sc. XV fol. 107—186. Inscripta est collectio *λιβανίου σοφιστοῦ ἐπιστολαί.* Aucta est in fine duabus epistulis, comm. ep. 11 et ep. 768. Subscriptio fol. 186 extat. Hic illic glossae interlineares et scholia marginalia addita sunt. Inspexi.

Ex hoc codice a Luca Holstenio duodecim ad Aristaenetum vel de Aristaeneto epistulae descriptae sunt, quas ex eius apographo P. Lambecius in commentariis bibliothecae Caesar. vol. VI p. 244 sq. ed. Vindob. 1674 publici iuris fecit indeque Barth. Christ. Richardus, Libanii Rhetoris Antiocheni epistolae XII Francofurti et Lipsiae MDCCVII cum interpretatione latina repetivit. Codex a Rostgaardo inspectus quidem, non collatus est, ut e Wolfii praefatione apparet.

106. Vaticanus olim Barberinus II 60 (olim 284) 541
chart. formae folii sc. XV exeunt. vel XVI ineunt. continet post vitam Eunapianam (*εὐναπίου ἐκ τοῦ βιβλίου τοῦ ἐπιγεγραμμένου βίοι σοφιστῶν*) fol. 1ᵛ—43ᵛ syllogam cum subscriptione eadem qua Mutinensis excepto quod *τὸν* pro *τὸ* et *ὅμου* pro *ὁμοῦ* scriptum est. Nomina eorum ad quos epistulae datae sunt et numeri rubricati sunt, glossae scholiaque crebra. Post subscriptionem leguntur ep. 1553[5]) et *τοῦ ἁγίου ἰσιδώρου ὠφελίῳ γραμματικῷ· τοῦ καταπεπλῆχθαι* (= Isid. Pel. ep. II 42, in qua prior servata est[6])) et fol. 44

1) Lindstam l. l p. XIX. 2) Cf. tom. I p. 1 sq.
3) Cf. t. I 341 n. 49. 4) Cf. t. I 338 n. 47.
5) Infra sub n. 287 et 380. 6) Infra sub n. 119 et 156.

Digitized by Google Original from PENN STATE

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT / https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized

λιβάνιος τῷ μεγάλῳ βασιλείῳ (= comm. ep. 11), denique spatio paginae dimidiae relicto ep. 768[1]). Examinavi.

E Barberino descriptus est codex

542 107. Neapolitanus CCXIV (III A 11, IV A 11 in catal. Cyrilli, 241 in indice Baffiano apud Fabricium-Harles, Bibl. gr. V 791) chart. formae folii sc. XVI. Nam continet post *εὐναπίου ἐκ τοῦ ἐπιγεγραμμένου βιβλίου βίοι σοφιστῶν* (fol. 1—2^v) fol. 2^v—125 epistulas *λιβανίου σοφιστοῦ ἐπιστολαὶ α—σξγ΄*. Ultima *σξδ΄* (= comm. ep. 12) deest. Subscriptio est eadem quae in Barberino nisi quod verba *εἰς τὸ βιβλίον τοῦ* omissa sunt et *λακαπηνοῦ* in *λεκαπινοῦ* corruptum est. Fol. 125^v leguntur epistula inscripta *ἰωάννῃ τῷ χρυσοστόμῳ* (= 1553)[2]) et ep. 768. In margine usque ad ep. *ξς΄* scholia crebra, inde a *ξζ΄* rara manu sc. XVII scripta sunt. Eugenius Bormann egoque examinavimus.

108. Vaticanus gr. 1588[3]) sc. XV continet vitam Eunapii (fol. 196) et epistulas *σξδ΄* inscriptas (fol. 223) *λιβανίου σοφιστοῦ ἐπιστολαί* et subscriptas (fol. 348^v) *αὗται αἱ ἐπιστολαὶ τοῦ λιβανίου, αἱ ἐκλεγεῖσαι τῷ κυρῷ γεωργίῳ τῷ λακαπηνῷ· ὁμοῦ αἱ πᾶσαι διακόσιαι ἑξήκοντα τέσσαρες* et glossis scholiisque instructas. Ultima est subscripta *ὁ χριστὸς αὐτός ἐστιν ἀρχὴ καὶ τέλος*. Inspexi.

109. Apographum epistularum e codice, dum in collegio Graecorum est, a. 1597 a Leone Allatio puero undecim annorum furtim factum utrum perierit an alicubi lateat nescitur[4]).

Sequantur codices, qui syllogam integram continent subscriptione privam: *σξδ΄* epistulas cum vita Eunapiana continet .

110. Vaticanus gr. 2243[5]) sc. XIV olim Columnensis

---

1) Perperam M. Vogel et Gardthausen 350 has tres epistulas manu Nicolai Lucani exaratas dicunt. Folium 1 membranaceum, in quo post *ἐτελειώθη μηνὶ μαίῳ ἰνδ. πρῶτ ἔτους, ςωλς* legitur *νικόλαος λουκάνος ταῦτα ἔγραψεν ὁ ἡμέτερος διδάσκαλος ὁ τῆς ὑγιασμένης*, cum reliquo codice non cohaeret.

2) Infra sub n. 288 et 381.

3) Cf. t. I 339 n. 48. Infra n. 382.

4) Cf. t. I 340.

5) Cf. t. I 281 n. 35. Infra sub n. 286 et 383.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized
Digitized by Google Original from PENN STATE

fol. 21—128. Ultimae succedunt fol. 128^{v} alia manu exarata epistula *λιβάνιος ἰωάννῃ τῷ χρυσοστόμῳ* (= 1553) et epistulae Basilii, quas l. l. indicavi. Augustus Mau, Hugo Linke, ego examinavimus.

Easdem epistulas excepta ultima (1553) continet codex

111. Vaticanus gr. 1534 A[1]) sc. XIV fol. 3—158^{r}. Sunt inscriptae *λιβανίου σοφιστοῦ ἐπιστολαί* et numeratae *α—σξγ'*, sed sunt revera *σξδ*, nam numero *σξα'* duae epistulae, 436 et 501, insignitae sunt. Sequitur *τοῦ μεγάλου βασιλείου πρὸς τοὺς νέους· ὅπως ἂν ἐξ ἑλληνικῶν ὠφελοῖντο λόγων*. Inspexi.

112. Oxoniensis collegii Lincolniensis 25[2]) sc. XV ineunt. continet fol. 37—152 collectionem Lacapenianam inscriptam *Λιβανίου σοφιστοῦ ἐπιστολαί* plenam — nam illae epistulae, quas deesse mihi olim[3]) scripserat Mowatius, deesse quidem in indice codici praefixo, non in codice ipso a Poyntono certior factus sum — et multis glossis scholiisque instructam et fragmento nescio cuius *περὶ δὲ τῶν δρακόντων τοῦτο φημί, ὅτι τὸ τούτων — νῦν δὲ καὶ τῆς γῆς ἐπιβασκαίνων πειρᾶται* in fol. 147 intermisso huic subiunctam collectionem paulo diversam epistularum inter Basilium et Libanium mutuarum (1—16. 23. 17—21). Ultima cum fol. 152^{v} in verba *ὅμηρος οὗτος ἀνὴρ* (XI 595, 1) desinit.[4])

Examinavi. Postea meum in usum denuo inspexit Poyntonus.

Cum Lincolniensi fere consentit

113. Vaticanus Barberinus I 103 (olim 285) chart. 543
formae oct. sc. XVI, olim teste inscriptione fol. 1 Caroli Strozzae Thomae filii[5]). Nam continet fol. 1—107 epistulas *σξβ'* inscriptas *λιβανίου σοφιστοῦ ἐπιστολαί*. Ep. *πς'* (= 947) fol. 32 in verba *καλεῖν, ὀψόμενον* (XI 86, 15) desinit, sequentes extant fol. 41—48, quae debebant ante

1) Cf. t. I 336 n. 44. Infra sub n. 384.
2) Cf. t. I 378 n. 61; VIII 9.
3) De Lib. libr. manuscr. Upsal. 9.
4) Infra sub n. 371 et 385.
5) N. Anziani, Della biblioteca Mediceo-Laurenziana p. 23.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT / https://hdl.handle.net/2027/pst.000007761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized

Digitized by Google Original from PENN STATE

fol. 33 collocari, sed ep. ϱμγ' (= 552) desinit fol. 55 in verba τὴν σιωπήν (X 516, 4), reliqua huius et initium ep. 528 sequentis uno folio amisso desunt, nam fol. 56 ultimis verbis ep. 528 ἀγνοεῖν, ἄμεινον (X 499, 4) incipit et ϱμε' (= 503) succedit. Fol. 98v desinit verbo συγχωρήσεις (XI 468, 12) ep. σλς' (= 1430), fol. 99r vero incipit τῷ μὴ δεῖσθαι (XI 475, 20) ep. σμ' (= 1436), ut duo folia quibus praeter finem ep. σλς' et initium ep. σμ' ep. σλζ' (= 1431), σλη' (= 1433), σλθ' (= 1435) continebantur, periisse censenda sint. Agmen claudit ep. σξβ' (= 501). Ep. σξγ' (= 647) et σξδ' (= comm. ep. 12) desunt, sed haec occurrit loco ultimo inter mutuas Basilii et Libanii 23 epistulas (1—6. 8. 7. 22. 13—15. 23. 16—20. 10. 21. 9. 11. 12[1]), quae fol. 107—112 inscriptione privae succedunt. Sequitur fol. 113 numero κγ' insignita epistula Gregorii Nazianzeni (γρηγόριος ὁ θεολόγος τῷ μεγάλῳ βασιλείῳ· πῶς ἐπιφυλλὶς et foliis sequentibus epistulae singulae Basilii et Iuliani. Bormannus egoque examinavimus.

544 114. Cheltenhamensis Middlehillianus 3087 (olim B. II 419) chart. formae oct. sc. XV ineunt., olim Guilelmi Pelicerii episcopi Monspeliensis[2]), deinceps Collegii Claromontani Parisiensis Societatis Iesu, Meermanni, Philippsii, Fenwickii, cuius num etiam hodie sit dicere non queo[3]). Certo bibliothecam Berolinensem non intravit[4]). Continet fol. 1—148 epistulas σξα'. Sed folium primum, quo praeter titulum ep. α—γ' usque ad μουσικὴν οὕτως οὐδὲ continebantur, periit[5]). Fol. 2 incipit verbis ep. 409 (X 475,7)

1) Infra sub n. 367.

2) In catalogo ab H. Omont, Catalogue des Mss. grecs de Fontainebleau (p. 416) publicato numerum 162 gerit: *Ἐπιστολαὶ Λιβανίου*, non 152, ut ait Lindstam l. l. p. LIII.

3) Neque quando fuerit Henrici Drory, cuius nomen in inscriptione fol. 1: *I gave £ 21 for this old Gr. Ms. Henry Drory* extat, dicere queo.

4) Leop. Cohn, Codd. Philipp. gr. p. XI not. 10.

5) Coniectura, quae facile cuipiam veniat, hoc esse folium primum codicis Vatic. gr. 2291, revera Chiasini (infra sub n. 124), quo epistulae illae tres continentur, frustra est. Et forma codicis diversa et epistula tertia in hoc integra est.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT / https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized
Digitized by Google
Original from PENN STATE

σελεῦκος πείσει, quae illa excipiunt. Quod vero hodie fol. 1 est, locum habere debet post 9^v. Nam excipit verbis, quibus incipit *ναμεν, ἐγώ τε καὶ σὺ* verba, quibus illud desinit *πρότεροι γεγό* ep. κ̄ (= 754 t. X 680, 2). Ep. *σξα'* (= 435) desinit fol. 148^v; fol. 149 post invocationem *Δέσποινα θκε βοήθει μοι* incipiunt *ἐπιστολαὶ τοῦ λακαπηνοῦ κυροῦ γεωργίου καὶ τοῦ ζαρίδου*. Inspexi.

Proximus est codex

115. Vindobonensis phil. gr. XC (= Vind) (cf. supra n. 33, infra n. 379). Qui post collectionem Lacapenianam ut in Vatic. 113 auctam duabus epistulis (comm. ep. 11 et 768) fol. 101—140 praebet epistulas e cod. *Vo* descriptas *σξζ* (= 339) — *νιη'* (= 918), inter quas sub *σοβ'* comm. ep. 11 inter 352 et 369 iterum occurrit. Hic pauca de collectione Lacapeniana addenda sunt. Ep. *ζ'* (= 333) cum fol. 2^v in verba *γράφε τι παραπλήσιον* (X 314, 11) desinit; finis huius epistulae et sequentes *η—κ'* duobus foliis amissis perierunt et ep. *κα'* (= 780) tantum verba inde a *τρόπον τινὰ* usque ad finem, quibus fol. 6 incipit, extant. Folia 3 et 4, quibus finis ep. *σλγ'* et ep. *σλδ—σλζ'* continentur, locum suum olim inter fol. 89 et 90 habuerunt. Numerus fol. 5 omnino deest. Quaternio *α'* non 8, sed 6 foliis continetur. Nonnulla, quae in textu omisit librarius, ipse in margine addidit. Perquam raro manus librario aetate suppar correctrix (= m^2) atramento rubro usa conspicitur, ut fol. 2^v *ς* verbi *διοικεῖς* (ep. 333 X 313, 14) subterpunxit et *ν* suprascripsit. Multo crebrior manus est altera correctrix paulo recentior (= m^3), quae Itali docti fuisse videtur, quoniam fol. 48^v supra *ος* vocis *ἐψηφισμένος* ep. 408 (X 404, 4) '*αλ' ων αλ' ον*' scripsit. Num eadem sit, quae in margine fol. 85^v ad verba ep. 1351 *ἡρπάκασι τὴν Ἑλένην* (XI 401, 19) raptum Helenae similiter atque Raphael ille Urbinas pinxit, in incerto relinquo.

Contuli et quoniam librarius in exemplari exemplando diligentissime versatus est, ut testem recentionis Lacapenianae in apparatum criticum recepi.

116. Rehdigeranus bibliothecae urbicae Vratisla- 545
viensis 31 (quem numerum etiam gerit in Catalogo codicum

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT / https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized

Digitized by Google Original from PENN STATE

graecorum, qui in bibliotheca urbica Vratislaviensi adservantur, Vratisl. 1889 p. 39), olim LXXXII (S. I. 3. 2) (= R) chart. formae quart. sc. XV continet fol. 1—110 syllogam inscriptam *λιβανίου σοφιστοῦ ἐπιστολαί*. Rubricatae quidem sunt epistulae *σξγ′*, sed ordo earum paululum a genuino recedit. Omisit enim librarius epistulas cum numeris *ζ. η. ιγ. ιδ*, et retentis numeris *λθ. μθ′. νβ′. νγ′. ξϛ′. ο′. οα′. ρνθ′. σμ. σμα*, ita ut tres ultimae epistulae collectionis (501. 647. comm. ep. 12) non numeros *σξβ—σξδ′*, sed *σνγ—σνε′* gerant. Epistulae vero supra omissae *λθ. μθ′. νβ′. νγ′. ξϛ′. ο′. οα′. ρνθ′* numeris *σνϛ—σξγ′* insignitae succedunt. Reliquarum vero sex numeris *ζ′, η′, ιγ′, ιδ′, σλα, σλβ′* insignitarum post has fol. 110^v initia tantum vel nihil nisi numeri (*η′, ιδ′, σλβ′*) leguntur. Scholia marginalia sunt rara. Correctus est manu secunda.

Contuli, sed quoniam peccatis scatet neque cum Vindobonensi duce potissimo fide comparari potest, nisi in epistulis in illo amissis ab apparatu critico exulare iussi.

Duorum, qui e Rehdigerano descripti sunt, codicum prior

546 117. Neapolitanus CCXVI (III A 13, in catal. Cyrilli IV A 13) chart. formae quart. sc XVI, qui continet fol. 1—102^r epistulas *σξγ′* inscriptas *λιβανίου σοφιστοῦ ἐπιστολαί*, vel in minimus rebus cum hoc plane consentit. Bormannus egoque examinavimus. Alter est

547 118. Musei Britannici Burneianus gr. 88 chart. formae folii min. sc. XV exeunt., qui fol. 1—124^v epistulas *σξγ̄* praebet inscriptas *λιβανίου σοφιστοῦ ἐπιστολαί* easdem quas Rehdigeranus scholiumque ad ep. 819 (vide Wolfium p. 350 not. 19) idem. Sed numeros et initia sex ultimarum epistularum, quae illic fol. 110^v extant, omisit. Ad subscriptionem, quae illic est *τέλος*, hic addita sunt verba *τῷ καλῷ θεῷ χάρις*. Examinavi.

Iam sequantur codices, qui eclogam Lacapenianam exhibent mutilatam.

119. Bodleianus Baroccianus gr. LVI[1]) sc. XIV

1) Cf. t. I 344 n. 53.

neglegenter exaratus continet fol. 113—131^{v} collectionem initio atque fine privatam. Fol. 113 incipit verbis *τοὺς παῖδας τὰ τῶν προγόνων* ep. 331 (X 311, 9), i. e. ep. *ς′* collectionis. Sequitur ep. 333 num. *ζ′* rubricata[1]). Periit igitur folium primum, quo praeter inscriptionem ep. *α—ε′* initiumque ep. *ς′* continebantur. Ep. *ζ′* sequuntur ep. *η—ϙζ′*, sed omissae sunt *λγ—λζ′* (= 857. 901. 892. 103. 109) et inter fol. 126^{v} et 127^{r} periit folium unum, quo ep. *ο′* (= 255) pars maxima inde a verbis *ἀλλ᾽ ἐπειδὴ ἧκες* (X 243, 13), ep. *οα′* (= 256) integra, ep. *οβ′* (= 282) initium usque ad *ἀριστα.ινέτου μέν* (X 268, 1) continebatur. Ultima epistula cum fol. 131^{v} desinit verbis *τιμᾶν δάκρυσι* (= 1134, XI 235, 7). Reliqua perierunt. Nam fol. 132^{r} incipit Luciani *περὶ τοῦ μὴ ῥαδίως πιστεύειν τῇ διαβολῇ* dialogus titulo privus.

Reliquae Libanii epistulae per hunc codicem dispersae nihil cum hac collectione commune habent. Ep. 1553, quae inscripta *λιβάνιος ἰωάννῃ* aeque atque in codicibus Barber. II 60, Neapol. CCXIV, Vatic. 2243 (supra sub n. 106. 107. 110) fol. 27^{v} extat, pars est epistulae Isidori Pelus. II 42. Fol. 29^{v}—33 sunt epistulae inter Basilium et Libanium mutuae inscriptae *ἐπιστολαὶ ἀμοιβαῖαι τοῦ πατρὸς σοφοῦ [βασιλείου καὶ] λιβανίου τοῦ σοφιστοῦ*; fol. 34^{v} ep. 1347 et 717; fol. 99—104^{v} collectio epistularum numeris *ᾱ—κε͂* instructa (815. 807. 806. 792. 748. 679. 688. 1009. 42. 460. 758. 49. 391. 369. 316. 22. 25. 26. 32. 35. 150. 719. 44. 69. 565 *Κρήσκηντι* inscripta ut in Vat. 83, ad quem fortasse redit). Denique fol. 112^{v} alia manu exaratae leguntur ep. 1236 et 1238 inscriptae *λιβανίου σοφιστοῦ ἐπιστολαί*, haec cum folio ipso in verba *ἀργείοισι γένοιτο* (XI 319, 4) desinens, quae epistulae in Varsaviensi Zamosciano sub *ια′* et *ιβ′* comparent. Examinavi a. 1880.

In ep. [*ο′*] (= 255) desinit collectio inscripta *λιβανίου σοφιστοῦ ἐπιστολαί*, quam praebet codex

120. Riccardianus gr. 86 formae oct. chart. sc. XVI 548

---

1) Num. *ϑ′*, quem catalogus Coxianus exhibet, aeque atque sequentes perperam se habet.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT / https://hdl.handle.net/2027/pst.000007761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized
Digitized by Google
Original from PENN STATE

olim Petri Philippi Pandolfini[1]), postea bibliothecae Donianae, fol. 81—119. Epistulae non sunt numeratae. Ultima cum fol. 119^{v} desinit in verba *ἰσχνόμαχος ἐπὶ τῷ* (p. 247, 1). Folia sequentia vacua sunt relicta. Inspexi.

In ep. *νη′* (= 210) desinit collectio inscripta *λιβανίου σοφιστοῦ ἐπιστολαί*, quam praebet

121. Vaticanus Palatinus gr. 209[2]) sc. XV fol. 104^{v}—129. Ultima desinit in verba *τοῦτο μεῖζον* (X 193, 10). Alia vero manu in fol. 131 exarata est ep. 215, quae non fuit pars collectionis Lacapenianae. Bormannus egoque examinavimus.

In ep. *λθ′* (= 119) desinit collectio, quam praebet codex

122. Harleianus 5735 sc. XVI. Cf. supra p. 107 n. 72.

Quinque primas epistulas collectionis continet codex

123. Escurialensis T—II—15 sc. XVI[3]) fol. 110. Quae vero sequuntur fol. 112—130 epistulae 70, de his disserui supra p. 85 num 36.

Denique codex

549 124. Vaticanus gr. 2291, antea 2160 A, revera Chisianus R VIII 59, ut apparet e nota a scriptore bibl. Vaticanae et bibliothecario Chisianae Ios. Cugnoni inscripta: *Codex iam Chisianus uti clarissime adparet ex Alexandri VII stemmate in theca impresso et ex Signatura R. VIII. 59, qua notatur in Catalogo Bibl. Chisianae. Hieronymus Amatius scriptor Bibl. Vat. et Bibl. Chisianae Custos (cuius nomen legitur in folio praecedente pag. 1) dum forte hunc Codicem Chisianum cum aliquo Vaticano conferebat (et ad hoc e Chisiana ad Vaticanam Bibliothecam transtulit) morte perculsus in suo scrinio Vaticano reliquit. Ex quo factum est ut Codex Vaticanus iudicaretur,* chart. formae folii sc. XV continet fol. 1^{r} epistulas tres primas collectionis inscriptas *λιβανίου σοφιστοῦ ἐπιστολαί·* ep. 1. 617 et fol. 1^{v} ep. 499. Reliqua pars fol. 1^{v} vacua relicta est. Fol. 2^{r} incipit *γένος σοφοκλέους*. Se-

---

1) Cf. Relat. Acad. Berol. 1885, 900 sq. et Vitellium, Stud. ital. di filol. class. II 530.
2) Cf. t. I 370 n 60. 3) Cf. t. V 7 n. 167.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized
Digitized by Google Original from PENN STATE

quuntur tragoediae Sophoclis, fol. 246^{v} *βίος νικάνδρου* et inde a fol. 247 Nicandri Alexipharmaca. Inspexi.

Sed etiam alia fata habuit ecloga Lacapeniana. Ac primum quidem et ipsa excerpta est.

Cuius generis hi sunt codices:

125. Vaticanus gr. 946 bomb. formae sext. dec. sc. XV, 550
qui eclogam praebet fol. 62[1])—242. Deest inscriptio, sed manu secunda prima epistula inscripta est *λιβάνιος κλεάρχῳ*. Epistulae sunt rubricatae, sed nonnusquam numeri sunt omissi. Ordinem genuinum tenent usque ad *ρμδ′* (= 528). Proximae vero huic sunt sine numero relictae *σλγ′* (= 1425) et sequentes usque ad *ρξϛ′* (= *σνδ′* = 1524). Huic succedunt *ρξζ′* (= *ρμζ′* = 405) et sequentes usque ad *ρπδ′* (= *ροϛ′* = 1110), tum *ρπε′* (= *ρπ′* = 1064)—*ρϙε′* (= *ρϙδ′* = 473), *ρϙϛ′* (= *ρϙζ′* = 495), *ρϙζ′* (= *ρϙϛ′* = 493), *σ′* (= *σζ′* = 1185), *σα′* (= *σιγ′* = 1224). Examinavi.

126. Vaticanus gr. 199[2]) sc. XV fol. 96—122^{v} continet epistulas inscriptas *ἐπιστολαὶ λιβανίου σοφιστοῦ*. Ep. *α*—*ο′* sunt eaedem quae in collectione Lacapeniana. Ep. *οα′* vero est 636, quae est in illa *ρπε′*; sequuntur sub *οβ*—*ρζ′*, quae in illa sunt *οα*—*ρϛ′*, sed finem faciunt *ρη*—*ρια′*, quae in illa sunt *ρμϑ′*, *ρν′*, *ρνα′*, *ρπζ′*. Post ultimam rubricatum est *λιβανίου*. Sequitur fol. 123 *τοῦ αὐτοῦ μονῳδία ἐπὶ Ἰουλιανῷ αὐτοκράτορι*. Inspexi.

Quinque tantum epistulas continet ecloga, quam praebet codex

127. Chalcenus scholae emporicae *Θεοτόκου* 158[3]) formae oct. sc. XV fol. 264 et 265 rubricatam *Λιβανίου σοφιστοῦ ἐπιστολαί*. Atque in primis quattuor epistulis cum Lacapeniana congruit, quinta (*ε′*) vero est in illa nona (*ϑ′*). Indicavit Papadopulus Kerameus, *Παλαιογραφικὸν δελτίον* 42 sq., qui codicem X^{c} appellavit. Inspexi.

Epistulas 29 exhibet codex

---

1) In folio antecedenti 61 nihil nisi initium ep. 1 usque ad *δεήσεσθαί σου* scriptum est.

2) Cf. t. II 200 n. 114. 3) Cf. t. V 222 n. 211.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT / https://hdl.handle.net/2027/pst.000007761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized

Digitized by Google Original from PENN STATE

551 128. Parisinus gr. 2661 chart. formae oct. secundum subscriptionem fol. 120^{v}[1]) a. 1364, sed rectius demum a. 1366 exaratus manu Demetrii sacerdotis, fol. 190^{v}—199, unus e codicibus a. 1728 a Sevino abbate Constantinopoli comparatis et in Bibliothecam Regiam illatis. Ecloga rubricata *Ἐπιστολαὶ λιβανίου ῥήτορος καὶ σοφιστοῦ* continet epistulas cum numeris collectionis Lacapenianae *α̃, β, γ, δ, ιϛ, ιζ, ιη, ιϑ, κδ, λγ, λζ, μη, να, ξβ, ξζ, οδ, οϛ, πγ, πδ, πε, πη, ϙζ, ϙη, ρξη, ρπε, ρπη, ρϙβ, σβ, σνε.* Sequuntur fol. 199—200^{v} epistulae inter Basilium et Libanium mutuae (cf. infra sub n. 348). Inspexi.

Epistulas 25 e Lacapeniana secundum ordinem electas exhibet codex

552 129. Bodleianus Laudianus 27 chart. formae quart. sc. XV/XVI, olim Laudii teste inscriptione fol. 1: *Liber guilielmi Laud Archiepiscopi Cantuar. et Cancellarii Universitatis Oxoniensis 1635* fol. 80—96^{v}. Incipit inscriptione priva ep. 901. Electae sunt quae in Lacapeniana numeros gerunt *λδ—ρη'*. Sunt autem praeter 901: 892. 127. 136. 131. 150. 210. 239. 245. 248—255. 1228. 1202. 1171. 1158. 1134. 1153. 1173. 1168. 1170. 1195. 1203. 972. 1016. 1048. Ultima inscripta *φιρμίνῳ*, quod manu posteriore in *ἀλκιβιάδῃ* correctum est, cum fol. 96^{v} desinit verbis *ζητεῖν αἰτίαν* (XI 171, 21). Inspexi.

Epistulas 24 item secundum ordinem electas exhibet codex

130. Parisinus gr. 3052[2]) chart. formae oct. sc. XVI, olim Colbertinus, pag. 6—20. Collectio rubricata *λιβανίου σοφιστοῦ ἐπιστολαὶ* exhibet epistulas numeris privas 1. 617. 499. 325. 331. 333. 352. 197. 1058. 699. 700. 1041. 711. 746. 515. 923. 969. 838. 845. 840. 851. 857. 901. 892. Succedit *λύσαντες ἐκ μουνυχίας* aliaeque Aeschinis epistulae inscriptione privae. Inspexi.

Sed etiam aliae eclogae e Lacapeniana excerptae ordinem eius epistularum solutum exhibent.

E quibus primo loco nomino eclogam 58 epistularum,

1) M. Vogel et Gardthausen 107 not. 1.
2) Cf. t. VIII 580 n. 324.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT
https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized
Digitized by Google
Original from PENN STATE

quam praebent primum duo codices ex eodem exemplari descripti:

131. Taurinensis B V 10 (b, II, 26) (172 in catal. Pasini[1])) sc. XV fol. 96—126ᵛ. Ecloga inscripta *λιμονίου* (sic) *σοφιστοῦ ἐπιστολαὶ καὶ μελέται* continet collectionis Lacapenianae ep. *ρκα, ρν, ρξς, ρμδ, ρμε, κ, ρπζ, ροβ*[2]), *κα, σα, σβ, ρλ, ρλθ, νδ, πζ, ριη, ργ, ρξε, σια, σγ, ρος, σθ, ρξδ, ρμ, σ, λς, λζ, μγ, ξς, κζ, ρξθ, ρξβ, οθ, ροθ, ρκβ, ρξ*[3]), *ξγ, ρλδ, ρις, ρϙ, σμς, ϙζ, σλα, ροδ, ε, ια, δ, κε, ρπ, ροζ, ρπβ—ρπς*. Inspexi.

et 132. Monacensis gr. L[4]), olim Ioannis Iacobi Fuggeri[5]), sc. XVI, qui fol. 72—102 easdem quas Taurinensis epistulas declamationesque exhibet inscriptas *λιβανίου σοφιστοῦ ἐπιστολαὶ καὶ μελέται*[6]). Inspexi.

Eclogae nullo ordine servato e Lacapeniana factae reliquias continet codex

133. Hierosolymitanus bibliothecae patriarchalis S. Sepulcri 370 sc. XV[7]) fol. 421—432. Ordo foliorum nunc confusus e numeris epistularum cognosci atque in hunc modum restitui potest. Foliorum primum esse debet 432ʳ, quod incipit verbis *αὐ]τό τις λαβὼν* ep. 809 (X 731, 1). Sequuntur ep. *ς—θ'* (= 408. 143. 1202. 1330), quae desinit verbis *κατὰ δὲ τῶν ὑπτίων* (XI 386, 19). Haec vero excipiuntur verbis *εἰς λόγους αἱ πληγαί* fol. 429ʳ. Succedunt fol. 429ʳ—431ᵛ ep. *ι—ιε'* (= 1039. 369. 847. 1145. 509. 1439), quae cum fol. 431ᵛ desinit in verba *οὐδὲν κατὰ σοῦ* (XI 478, 11 sq.). Periit folium unum, quo continebantur

---

1) Cf. t. II 58 n. 94. Codicem esse superstitem testatur G. de Sanctis, Riv. di filol. XXXII (1904) 409 n. 129.

2) Inter hanc et sequentem insertus est *προσφωνητικὸς Ἰουλιανῷ*. Cf. t. II 63 sqq.

3) Inter hanc et sequentem insertus est *πρεσβευτικὸς Μενελάου*. Cf. t. V 191.

4) Cf. t. II 58 n. 95.

5) O. Hartig, Die Gründung d. Münch. Hofbibliothek 367.

6) Fritz 67. 343 est propensior ad credendum Monacensem e Taurinensi ipso fluxisse, sed forma in inscriptione Taurinensis obvia *λιμονίου* obloquitur.

7) Char. epistol. p. 17 n. 42.

Digitized by Google Original from PENN STATE

ep. ις—κ'. Fol. 421—425^r vero exhibent ep. κα—λς' (= 1134. 299. 1171. 1200. 442. 58. 175. 617. 956. 122. 332. 1170. 1173. 98. 639. 515), quae desinit fol. 425^r, cuius reliqua pars aeque atque 425^v et 426—428 vacua sunt relicta Papadopulus Kerameus egoque examinavimus.

Pariter eclogae ordine epistularum soluto factae sunt hae: eclogam 13 epistularum exhibet codex

134. Parisinus gr. 1000 sc. XV[1]) fol. 149 sqq. A fol. 149 enim incipit inscriptione priva ep. 972, sequuntur 1048, 1473, 578. Succedit fol. 150^v ἔκφρασις μέθης (VIII 477 sqq.), fol. 151 autem incipit a verbis καὶ ταῦτ' εἰδὼς βασιλεὺς (X 741, 10) ep. 819. Sequuntur ep. 763, 1473, 741, 182 et interiectis initiis epistularum 323, 1340, 389 succedit ep. 19 et denuo interiectis fragmentis epistularum 501, 513 (X 488, 4) et progymnasmatum fol. 153^r extat inscripta λιβάνιος ἰουλιανῷ ep. 369, fol. 154^v ep. 122, denique fol. 173 ep. 636. Adhibuit Boissonadius. Inspexi.

Eclogam 8 epistularum exhibet codex

553 135. Ambrosianus L 44 sup. (482 in catal. Martinii et Bassii) chart. formae quart. sc. XIV/XV[2]) fol. 22^v et 27^v—30^v. Extant inter Synesii epistulas atque e parte cum iis numerantur. Prima est 1184, sequuntur (fol. 27^v) πδ—πς' (= 1224. 1424. 1127), quae desinit verbis σεισμοῦ γενομένων (XI 230, 20), πζ—ϙ' (= 1361. 1209. 1260. 1395). Fol. 35—36^v extant Libanii et Basilii epistulae mutuae; cf. infra sub n. 307. Inspexi.

Eclogam 5 epistularum exhibet codex

554 136. Laurentianus X 21 chart. formae oct. sc. XV fol. 1 et 2. Sunt quavis inscriptione privae, unde Bandinium Catal. t. I 488 eas Libanii esse fugit, ep. 1419. 1428. 1127. 352. 509.

Eclogam 4 epistularum exhibet codex

555 137. Marcianus append. XCI 2 class. X cod. IX chart. formae quart. sc. XV/XVI, olim S. Ioannis in Viridario

1) Cf. t. I 280 n. 34.
2) Martinii et Bassii Catal. Bibl. Ambros. 517. Fritz 358.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT / Public Domain in the United States, Google-digitized
https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093
Digitized by Google
Original from PENN STATE

Patavii, cui ab Ioanne Calphurnio a. 1503 legatus est teste subscriptione folii ultimi: *Io. Calphurnius oratoriam artem grece latineque Patavii gloriose docens librum hunc canonicis regularibus S. Io. in Viridario devotus legavit: ut inde profitiens lector sis gratus. M·CCCCC·3.* Ecloga inscripta *ἐκ τῶν τοῦ λιβανίου ἐπιστολῶν* fol. 131ᵛ—136ᵛ continet epistulas 89. 1145. 388. 819 glossis marginalibus instructas, quarum in fine legitur *ὡραῖον πάνυ εἰ βούλεσθε ὦ παῖδες τραφῆναι τήμερον λογικῶς*. Lectiones, quibus cum Lacapeniana discrepat, vel erroribus vel interpolationibus continentur. Examinavi.

Denique hoc loco commemoro ex ecloga Lacapeniana ordine non servato fluxisse una ep. 196 excepta ep. *σξγ—σοθ′*, quae finem faciunt eclogae codicis Vaticani gr. 1323 (cf. infra sub n. 188), et in memoriam revoco, id quod supra sub num. 49 et 101 exposui, non solum partem syllogae secundae et syllogam tertiam codicis Marciani gr. 441, sed etiam partem secundam syllogae Laurentiani LXXXVI 8 e Lacapeniana fluxisse.

Novum genus codicum Lacapenianorum est, quod collectionem non mutilatam, sed auctam praebet epistulis aliunde vel subiectis vel insertis vel antepositis. Ac maximus est numerus eorum, in quibus ecloga sub finem incrementa cepit.

In compluribus codicibus auctarium est unius epistulae. Primus est codex

138. Basileensis F VIII 3 (68 in catal. Omontii) chart. 556
formae oct. sc. XV, qui continet fol. 317 et 318 epistulas quinque, quarum primae quattuor (1041. 26. 1330. 1) sunt collectionis Lacapenianae, quinta (351) aliunde addita[1].

Secundus est codex

139. Upsaliensis universitatis gr. 28 A et B Ro- 557
lambianus, chart. formae quart. sc. XV a Claudio Rolambo senatore Suecano a. 1657/8 Constantinopoli compa-

1) Centralblatt f. Bibl. III 414.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT / Public Domain in the United States, Google-digitized
https://hdl.handle.net/2027/pst.000007761093
Digitized by Google
Original from PENN STATE

ratus[1]) et a. 1693 in bibliothecam universitatis Upsaliensis illatus duobusque voluminibus ligatus. Ecloga fol. 18—75 voluminis prioris comprehensa et *λιβανίου σοφιστοῦ ἐπιστολαί* inscripta exhibet 156 epistulas e Lacapeniana electas vel potius, cum duae bis exaratae sint, 154 atque inter has ep. 501. 647; comm. ep. 12; 46. 38. 383 glossis interlinearibus scholiisque marginalibus instructas. Usque ad *νθʹ* tenet ordinem Lacapenianum, tum relinquit raroque recipit. Enumeravi singulas commentatione: De Lib. libris Upsaliens. p. 13. Finem autem versus inter *ξαʹ* et *ϱογʹ* aliunde inserta est ep. 806, quae eadem etiam in Laur. LXX 13 et Mosquensi extat. In fine legitur subscriptio rubricata *αὖται αἵ γραφεῖσαι ϱνςʹ ἐπιστολαὶ εἰσὶν ἀπὸ τῶν σξδ ἐπιστολῶν, ἃς ἐξελέξατο ὁ λεκαπηνὸς κῦϱ γεώϱγιος καὶ εὑϱέθησαν*[2]) *εἰς τὸ βιβλίον αὐτοῦ*. In volum. II fol. 437^r legitur comm. ep. 22[3]), quam sequuntur fol. 437^v—440 reliquae inscriptae *τοῦ μεγάλου βασιλείου καὶ τοῦ λιβανίου ἐπιστολαὶ αἳ ἀμοιβαῖαι καλοῦνται* (comm. ep. 1—16. 23. 17—21). Quod in fine ultimae legitur *ζήτει ἑτέϱαν ἐπιστολὴν ὀπίσω πϱὸ τῶν δʹ φύλλων*, spectat ad comm. ep. 22.

Mea gratia excerpsit Alexandersonus. Quae ego secundum hunc de hoc codice rettuli De Lib. libr. Upsal. p. 7, Alb. Martinius l. l. repetivit p. 341 sq.

Apographa huius codicis facta sunt tria:

558 140. primum a. 1691 manu Ioannis Palmrotii Upsaliensis factum[4]), quod hodie codice Upsaliensi gr. 64 continetur;

559 141. alterum ab eodem viro docto a. 1726 absolutum, quod hodie codice Upsaliensi gr. 61 continetur, in editio-

---

1) Sigfr. Lindstam, Georgii Lacapeni epistulae X priores p. LIV sq. Graux et Martin, Archiv. des mss. scient. sér. III tom. 15 (1888) 341.

2) Hoc verbum, quod coniectura assecutus eram, revera legi testatur Lagercrantzius apud Fritzium 376.

3) Haec fugit Alexandersonum, id quod propter Lindstam. p. LIX not. 1 moneo.

4) Graux-Martin 357.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT
https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized
Digitized by Google
Original from PENN STATE

nis formam redactum est ita, ut epistulae[1]) ad eosdem vel cognomines datae sese exciperent;

142. tertium manu Ol. Rhyzelii in usum Erici Benzelii 560
iunioris factum hodieque in bibliotheca gymnasii Lincopiensis (Klass. Forfattare 16) asservatum continet tantum ep. 1 —89[2]).

Tertius est codex

143. Parisinus gr. 3002 chart. sc. XV, olim Gasparis 561
Volaterrani Protonotarii Apostolici, deinde Huralti Boistallerii, denique Regius 2236. 2253. 3280, qui continet fol. 89—91^r^ epistulas inscriptas *ἐπιστολαὶ λιβανίου ῥήτωρος* (sic) *καὶ σοφιστοῦ* e Lacapeniana electas 499. 636. 651. 61 et intermissis 6 epistulis inter Basilium et Libanium commercii (cf. infra sub n. 309) et epistula Gregorii Naz. *ἡμῖν ἀεὶ καὶ ἀπὼν* fol. 104—107^v^ epistulas item e Lacapeniana delibatas 19. 379 et in fine aliunde sumptam ep. 1220, denique fol. 109 comm. ep. 11 et Basilii ep. 115.

Codicem inspexit Boissonadius. Mea causa excerpsit Fr. Kuhn.

Quartus codex est

144. Parisinus gr. 1760[3]) sc. XV exeunt., qui post Aeschinis, Artaxerxis et Hippocratis aliorumque epistulas inde a fol. 258 continet nonnullas Libanii epistulas inscriptas *ἐπιστολαὶ λιβανίου τοῦ φιλοσόφου*, cui manu rubricatoris suprascriptum est *σοφιστοῦ*, quae sunt *ἑταιρίῳ*[4]) 819. 636. 46. 909 (*ἐπιστολὴ τετάρτη δ^η^* rubr.). 300. Sequuntur fol. 259^v^ —261^v^ epistulae Michaelis Apostolis et Bessarionis et fol. 263 —267^v^ *λιβανίου καὶ βασιλείου ἐπιστολαί*; cf. infra sub n. 306. In fine legitur post *σουλιάρδος*: *τέλος τῶν ἐπιστολῶν λιβανίου καὶ βασιλείου* (rubr.)[5]). In fol. 272 extat initium novae eclogae *ἐκ τῶν λιβανίου ἐπιστολῶν*: ep. 89. 388. 1145. De fol. 273—275 cf. supra p. 9[3]). Pretio critico caret. In multis peccavit et in inscriptionibus multa novavit. Examinavi.

1) Mss. Ups.-Linc. 17. Graux-Martin 357.
2) Mss. Ups.-Linc. 17.
3) Char. epistol. p. 9 n. 23.
4) Pariter atque in Marciano append. CCX cod. 9.
5) M. Vogel-Gardthausen 320.

Generated at Washington University in St. Louis on 2025-12-04 13:11 GMT / https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized

Digitized by Google   Original from PENN STATE

Sed non deest maius in fine incrementum:

562 145. Ambrosianus + 49. P. sup. (784 in catal. Martinii et Bassii), Wolfii non, ut Martinius et Bassius p. 879 dixerunt, T 73, sed V. 445, chart. formae sext. dec. sc. XIV exeunt., testibus inscriptionibus olim Io. Donati Ferriarii, postea I. V. Pinelli, collectioni Lacapenianae inscriptae *λιβανίου σοφιστοῦ ἐπιστολαί* et num. α—σξδ' insignitae fol. 1—162ᵛ in eodem folio 162ᵛ et 163 subiecit alio quidem atramento, sed eadem manu exaratas 4 epistulas numeris privas 761, 32, 107, 670 et fol. 164—170ᵛ epistulas nomine auctoris privas 1559—1572 W., quae sunt revera Procopianae. Inspexi.

Ex Ambrosiano + 49 originem ceperunt duae syllogae: prior, quae supplementum praebet eclogae codicis Vaticani gr. 944 (cf. supra sub n. 62); alteram praebet

146. Ambrosianus D 39 sup.[1]) sc. XIV exeunt., qui continet fol. 14—134 post eclogam Lacapenianam inscriptam *λιβανίου σοφιστοῦ ἐπιστολαί*, in qua ϙα—ϙγ' et σε' omissae sunt et ep. 1570 (i. e. Procopiana) inter 558 et 552 inserta est, ep. 761. 32. 107. 670 easdem, quas Ambros. + 49. Quibus subiecta est subscriptio *τέλος τῶν ἐπιστολῶν*.

147. Vaticanus gr. 84[2]) a. 1425 exaratus continet collectionem 110 epistularum, quarum primae 102 e Lacapeniana (α—σξα') electae sunt, etiam ρδ' (ep. 736) e ξϑ' repetita est, ργ' vero (= 1220), ρε—ρι' (= 1236. 35. 685. 620. 66. 725) aliunde sumptae sunt. Bormannus egoque examinavimus.

E Vaticano 84 descriptus videtur, qui prorsus cum eo congruit, codex

148. Laurentianus S. Marci 308[3]) sc. XV fol. 40—104ᵛ. De fol. 134 et 135 supra p. 86 n. 38 egi.

Ex hoc Laurentiano autem descripti sunt duo codices:

149. Matritensis N—130[4]) sc. XVI fol. 186—243,

---

1) Cf. t. IV 407 n. 154. 2) Cf. t. I 415 n. 64.
3) Cf. t. VI 499 n. 246 et supra p. 86 n. 38.
4) Cf. t. I 428 n. 75 et supra p. 86 n. 39.

qui cum eo prorsus congruit excepto quod septem illas epistulas non post, sed ante collectionem Lacapenianam praebet.

150. **Monacensis** gr. LI chart. sc. XVI fol. 412—471[1]), 563
qui cum illo prorsus consentit excepto quod nonnusquam nomina eorum ad quos epistulae scriptae sunt omisit. Quominus ex ipso Vaticano 84 derivetur obstat, quod non aeque atque in illo ep. *οβ* (= 694) ante, sed post *γγ* (= 651) exarata est. Inspexit a me rogatus G. Laubmann.

151. Codex **Marcianus** gr. 506 chart. formae oct. sc. XV, 564
olim **Bessarionis** teste inscriptione *κτῆμα βησσαρίωνος καρδηνάλεως τοῦ τῶν τούσκλων*, continet fol. 50—70 collectionis Lacapenianae inscriptae *λιβανίου σοφιστοῦ ἐπιστολαὶ* ep. *α—ο′* (= *οε′* 301) praetermissis 5 epistulis *ιζ*, *ιη*, *με*, *μη*, *ξζ*, sed quae sequuntur fol. 71—76 alia manu exaratae 15 epistulae 380. 81. 80. 666. 346. 351. 355. 1398. 1236. 575. 1395. 64. 483. 1238. 497, aliunde sumptae sunt. Est **Marcianus quartus** Rostgaardi Wolfiique. Examinavi.

In mediam collectionem Lacapenianam irrepsit auctarium in his codicibus:

Unam ep. 409 inter reliquas eclogae Lacapenianae valde truncatae ordineque mutatae exhibet codex

152. **Laurentianus** LX 28 membr. formae duod. sc. XV 565
fol. 1 sq. Praecedunt Aeschinis epistulis quavis inscriptione privae, unde Bandinium Catal. t. II 617 sq. eas Libanii esse fugit, ep. 851. 857. 136. 167 (inc. *θαλλης*). 175. 247. 409. 700. 1041, succedit fol. 27 ep. 636. De fol. 27 cf. infra sub n. 233.

Tribus epistulis insertis auctam eclogam collectionis Lacapenianae exhibet codex

153. **Bodleianus Laudianus** 16 sc. XV[2]), qui continet fol. 176—215 eclogam 92 epistularum rubricatam *ἐπιστολαὶ λιβανίου τοῦ σοφιστοῦ* e collectione Lacapeniana ordine hic illic confuso factam, cui aliunde insertae sunt ep. 670

1) Hardt, Catal. codd. gr. bibl. Bav. t. I p. 277 sq.
2) Cf. t. I 346 n. 54.

et 410 inter 699 et 80 et ep. 956[1]) inter 957 et 1173. Singulae enumeratae sunt in Coxii Catal. t. I 499. Ep. 127. 150. 167 sine numeris relictae sunt. Inspexi.

Una ep. 670 in apographum Langbainianum (τη′) et ex hoc in Olearianum (314) et Wolfianum transsumpta est. Cf. infra sub n. 158—160.

Sex epistulis aliunde insertis auctam collectionem Lacapenianam truncatam exhibet codex

566 154. Musei Britannici Arundelianus gr. 517[2]) chart. formae quart. sc. XV a Thoma Arundelio comparatus, postea Regiae Scientiarum Societatis Londinensis, cui a. 1667 ab Henrico Howard Duce Norfolciae donatus est teste inscriptione fol. 1: *Soc. Reg. Lond. ex dono Henr. Howard Norfolciensis*[3]), fol. 41 et 55—63. Epistulae α—ε′ collectionis initiumque sextae uno folio amisso perierunt; incipit enim fol. 41 verbis *οἱ δὲ τὴν αὐτοῦ* ep. 331 (ς′) (X 310, 16). Sequuntur ep. ζ (= 333)—λζ′ (= 109), sed inter κ′ (= 754) eamque, quae hanc in collectione sequitur *γαιανῷ* (= 780), insertae sunt ep. κα—κς′ insignitae: comm. ep. 9[4]); 1236. 422. 388. 465. 354, ita ut sequens collectionis Lacapenianae ep. 780 non suum numerum (κα′), sed alium (κζ′) gerat idemque valeat de epistulis succedentibus. Alia vero manu scripta est media inter Synesii epistulas[5]) ep. 74[6]). Inspexi.

Plures epistulae diversis locis immixtae sunt in eclogam, quam exhibet codex

567 155. Vaticanus gr. 711[7]) chart. formae oct. sc. XV fol. 137—174. Sub initium quidem ordinem tenuit. In-

1) Perperam Coxius Catal. l. l. exhibet 871.

2) Catal. of manuscr. in the Brit. Museum. Part I: The Arundel manuscripts p. 150.

3) Videtur esse idem codex atque is quem Catalogus librorum MSS. et impressorum Biblioth. Norfolcianae olim Arundellianae ab Henr. D. Norfolciae regiae societati Londinensi donatae Londini 1681 in Catal. Mss. Angl. et Hibern. t. II n. 3424 sub n. 425: *Libanii epistolae quaedam ad Basilium* recensuit.

4) Infra sub n. 818.

5) Fritz 356 sq.

6) Infra sub n. 240.

7) Infra sub n. 404.

scriptio ep. *α′* initiumque secundae perierunt. Fol. 137 enim incipit verbis [*ἀφοσι*]*ωσάμενος ἀπηλλάγη* ep. *β′* (= 617 t. X 568,12). Epist. *γ*—*μγ′* hoc sese excipiunt ordine, si numeros graecos collectionis Lacapenianae sequimur et epistulas aliunde immixtas numeris arabicis significamus: *γ′* (= 499), *δ′*, *ε′*, *η*, *ιζ*, *ιη*, *κδ*, *κε*, *ς*, *ζ*, *ρξς*, *ρξη*, *ρκα*, *ρξε*, *ρπδ*, *ι*, *ρϙθ*, *λα*, 553, *σγ*, 769, *σβ*, 1027, *σδ*, *με*, 161, *σλβ*, *ρμβ*, *ος*, *σιδ*, 380, *ρλθ*, *ρν*, *ρϙ*, 452, *ρπζ*, *πζ*, 372, 307, *ριδ*, *σξβ* (= 501), quae cum fol. 174 in verba *περιθέντα σοι* (X 476, 15sq.) desinit. Inspexi.

Auctarium non succedit, sed antecedit eclogae Lacapenianae in collectione, quam praebet codex

156. Bodleianus Baroccianus gr. 4 chart. formae duod. 568
sc. XIV exeunt., olim Georgii comitis Corinthii teste inscriptione in calce posita *κτῆμα γεωρ*[γι] *κό*[μ] *τοῦ κορινθίου*, fol. 1—21v. Ecloga Lacapeniana demum incipit ep. *ιβ* (= 1). Antecedunt rubricatae *ἐπιστολαὶ λιβανίου* 11 epistulae glossis interlinearibus rubricatis instructae 849. 45. 1218. 242. 368. 388. 1220. 736. 1236. 639. 1238. Ep. *σξβ′* est 501, sed loco duarum ultimarum epistularum collectionis Lacapenianae 647 et comm. ep. 12 extant comm. ep. 1 et 2 inscriptae *βασίλειος λιβανίω σοφιστῇ* et *τῶ μεγάλω βασιλείω*. Hanc autem sequitur Isidori Pelus. ep. II 42, qua continetur Libanii ep. 1553. Cf. supra n. 106. 119 et infra n. 285 et 405. Inspexi.

Apographa huius codicis sunt facta duo:

157. prius a. 1629 a Patricio Iunio, quod continetur codice Collegii Trinitatis Cantabrigiensis 1158 (Galeanae Collectionis O. 2. 54)[1]) fol. 23sq., sed caret collectionis Lacapenianae ep. *ρξα*—*ρξζ′*, *ρξθ*—*ροα′*, *ροy′*, *ροδ′*, *ρπδ′*. Inspexi.

158. Alterum eodem fere tempore factum est a Gerardo

---

1) Cf. t. I 282 n. 31; t. II 156. James, The western manuscr. in the library of Trinity College t. III 174. Cf. infra sub n. 241 et 319.

Langbainio, quod hodie asservatur in Bibliothecae Bodleianae Adversariis Langbainii vol. 20 p. 573—616 et vol. 21 p. 617[1]). Inspexi.

Apographum autem Langbainianum bis transscriptum est: prius a Godofredo Oleario, quod cum Io. Alb. Fabricio communicatum[2]) et ab hoc in nonnullis Libanii epistulis in Bibl. Gr. t. VII et VIII edendis usurpatum in bibliothecam
569 159. universitatis Havniensis transiit ibique Collectionis Fabricianae volumen 90 est[3]). Integrum est excepto quod in ep. ϱιε′ (965) primis quinque vocabulis omissis initium a vocabulis ὁ ἀσκληπιὸς fecit.

570 160. Alterum apographum factum est a. 1708 a Wolfio hodieque in bibliothecae urbicae Hamburgensis Collectaneis Wolfianis (Collectione variorum opusculorum ex codicibus Bodleianis potissimum descriptorum a Ioh. Christoph. Wolfio p. 437: *Ex eodem Codice Langb. descripsi sequentes Libanii epistolas*) asservatur[4]). Ex hoc apographo centuria epistolarum adhuc non editarum selecta a Wolfio Lipsiae 1711 edita est quam secutae sunt complures epistulae in Anecdotis graecis sacris et profanis t. II et III Hamburgi a. 1722 et 1723 publicatae.

161. Apographo vero Olearii usus est H. S. Reimarus, cum a. 1720 exscriberet *„epistolas Libanii quotquot earum ineditae in Manuscripto latent ad fidem illarum quas possidet Cel. Fabricius manu sc. Goth. Olearii scriptas, qui eas e codicibus Baroccianis videtur petiisse"*, ut legitur in eius Adversariis (Collectionis Fabricianae bibl. Univ. Havniensis vol. 142) inscriptis *ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ ΛΙΒΑΝΙΟΥ* pag. 253—387. Non omnes exscripsit, sed lectiones discrepantes codicis Vossiani in margine adnotavit. Vide supra p. 90 n. 46. Examinavi.

1) Cf. t. I 230 n. 28. Infra sub n 406.

2) Est codex Bibliothecae I. A. Fabricii (Hamburgi 1741) t. IV p. 204 n. 197: *Libanii epistulae 314 ex codice Barocciano descriptae a B. Godfr. Oleario.*

3) Cf. t. I 231 n. 29. Infra sub n. 272.

4) Cf. t. I 232 n. 30.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized

Digitized by Google Original from PENN STATE

Eaedem 11 epistulae quae in Barocciano gr. 4 antecedunt collectioni Lacapenianae, sed haec iam ep. 711 desinit et nova incipit collectio in codice

162. Vaticano Palatino gr. 82, de qua supra p. 114 n. 80 verba feci.

Collectionis Lacapenianae reliquias non solum epistulis tribus inter Basilium et Libanium mutuis insertis, sed etiam Libanianis in fine additis auctas exhibet codex

163. Hierosolymitanus bibliothecae patriarcha- 571
lis S. Sepulcri 405 chart. formae oct. sc. XIV exeunt. a Manuele Caleca exaratus[1]), qui fol. 93v—96v continet rubricatas *ἐπιστολαὶ λιβανίου τοῦ σοφιστοῦ* ep. 1153. 1431. 1134. 301. 1195; comm. ep. 18; 511; comm. ep. 10 et 19; 857. 1541. 28. 23. 74. Sed inter comm. ep. 10 et 19 inserta est etiam epistula *βασίλειος γρηγορίῳ· ἐπειδή μοι τὴν σιωπήν*. Inspexi.

Et antecedunt et succedunt et intermixtae sunt epistulae collectioni Lacapenianae truncatae non solum in Vatic. gr. 944 (supra sub n. 62), sed etiam in ecloga 110 epistularum, quam praebet

164. Vaticanus gr. 1376 bomb. formae oct. sc. XV miscell.[2]) fol. 133—188 inscriptam *ἐκ τῶν λιβανίου ἐπιστολῶν*. Sunt: 1401. 51. 368. 872. 348. 390. 758. 35. 320. 441. 792. 1004. 748. 331. 333. 535. 1223. 949. 356. 1051. 382. 339. 352. 25. 799. 1059. 515. 650. 756. 393. 907. 1155. 945. 1016. 357. 98. 336. 1229. 383. 236. 1160. 66. 562. 224. 651. 195. 1434. 528. 281. 173. 286. 277. 300. 192. 123. 716. 969. 552. 754. 89. 1064. 1026. 666. 911. 226. 1218. 835. 375. 808. 316. 319. 255. 735. 773. 274. 791. 741. 21. 256. 369. 374. 362. 1063. 581. 1. 499. 325. 696. 327. 1041. 578. 636. 391. 19. 197. 93. 42. 422. 803. 341. 175. 571. 1261. 386. 405. 660. Intermixtae sunt

1) Papadopuli Catal. t. I 408. M. Vogel-Gardthausen 277.
2) Cf. t. IV 413 n. 157.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT / https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized
Digitized by Google
Original from PENN STATE

inter 792 et 1004 Iuliani ep. 34 Hertl.[1]), inter 552 et 754 inscriptione priva Iuliani ep. 4 Hertl. Examinavi.

Proximum est genus eorum codicum, qui eclogam quidem ordine soluto e Lacapeniana delibatam, sed simul compluribus epistulis aliunde insertis modo hic modo illic auctam exhibent. Qui ne ad fontem ipsum, e quo Lacapeniana fluxit, referantur, obstat, quod neque in epistulis insertis neque in locis, quibus insertae reperiuntur, ulla apparet consensio.

E quibus primo loco commemoro collectionem, quae ordinem quidem Lacapenianae plane solutum, sed incrementum paucarum epistularum exhibet. Quae est prior duarum collectionum, quas continet codex

165. Rysiensis 70 sc. XVI[2]). Ac prior quidem collectio inscripta *λιβανίου σοφιστοῦ ἐπιστολαί* fol. 11ᵛ—65ᵛ comprehensa has continet epistulas, e quibus quae a Lacapeniana absunt litteris cursivis insignivi: 1195. 1041. 65. 109. 515. 125. 388. 639. 1155. 167. 515. 122. 956. 923. 327. 892. 237. 253. 857. 499. 332. 1330. 137. 1154. *351*. *355*. 571. 33. 352. 331. 333. 89. 175. 314. 184. 221. 197. 299. 123. 509. 901. 301. 195. *666*. 371. 379. 163. 390. 528. 763. 182. 1197. 1218. 1257. 693. 226. 298. 754. 1185. 1414. 46. 49. *358*. 285. 1411. 1508. 1259, cui succedit fol. 49ᵛ Iuliani ep. 15 Hertl. 636. *637*. 256. *942*. 696. 386. 838 1260. 1483. 114. 578. 1184, cui succedit perperam inscripta *βασίλειος λιβανίῳ* 501[3]). 369. 802. Altera vero collectio et ipsa inscripta *λιβανίου σοφιστοῦ ἐπιστολαί* fol. 66—180ᵛ comprehensa exhibet epistulas collectionis Lacapenianae praetermissis iis, quae iam in priore collectione locum invenerant. Duae ultimae sunt 435 et 647[2]). Fol. 180ᵛ sequitur *λιβανιου περι φιλων* (= t. I 385). Glossae interlineares rubricatae sunt. Ad vocem *Μάρκος* ep. 819 (X 741, 7) scholium

---

1) Eadem etiam in Laur. XXXII 37, sed alio loco inserta est. Supra sub n. 94.

2) Cf. t. VIII 13 n. 281. 3) Infra sub n. 403.

adscriptum est (cf. ed. Wolf. p. 350 not. 19). Excerpsi a. 1896.

Paulo maior est numerus epistularum insertus in sylloga, quam exhibent codices Athous et Cremonensis.

166. Athous Iberon 193[1]) sc. XIV/XV continet fol. 74—101 centuriam epistularum rubricatam *λιβανίου σοφιστοῦ καὶ κοιαίστορος ἐπιστολαί*: 331. 386. 348. 81. 435. 369. 74. 617. 797. 109. 802. 796. 763. 819. 957. 1220. 1395. 509. 46. 19. 59. 300. 621. 828. 1035. 1184. 1365. 1398. 1080. 1081. 1010. 1006. 965. 945. 810. 736. 651. 352. 98. 1342. 1350. 49. 578. 80. 465. 182. 923. 314. 808. 163. 1149. 226. 780. 69. 390. 405. 1431. 1458. 735. 732. 1266. 1518. 561. 1424. 1487. 1473. 842. 1177. 1147. 535. 964. 143. 245. 256. 333. 1202. 1158. 476. 442. 282. 388. 26. 1155. 325. 529. 362[2]). 515. 32. 1506. 746. 393. 741. 105. 411. 650. 1361. 1414. 636. Post hanc imperfectam duo, non quattuor, ut t. II p. 228 dixi, folia excisa sunt. Vestigia ordinis eclogae Lacapenianae agnoscuntur in ep. *ια—ιγ'*, quae in illa sunt *ρκε—ρκζ'*, et in *λ—λζ'*, quae in illa sunt *ρθ—ρλζ'*.

Mea gratia examinaverunt Manuel Gedeon a. 1879 et Spyr. Lambros a. 1884.

Cum hoc codice prorsus consentit

167. Cremonensis 12228[3]) (= Crem) sc. XV fol. 127—185ᵛ. Neque dubitari posset, quin ex Iberico descriptus sit, nisi deteriores lectiones quaedam a Gedeone exscriptae, velut *προειδότα* pro *πρὸς εἰδότα* ep. *λβ'* (= 1010 t. XI 139,12), *ἄδολον* pro *ἄδηλον* ep. *λϛ'* (= 810 t. X 731, 6), *ἀλλ' ἓν* pro *ἀλλὰ μὲν* ep. *ξϛ'* (= 1487 t. XI 515, 16) obstarent. Accedit, quod epistula ultima in Iberico mutila in hoc integra est, denique quod monodia in Iulianum in hoc extat (fol. 240), ab illo abest. Communis igitur utriusque fons statuendus est. In universum librarius in munere suo obeundo paulo

1) Cf. t. II 227 n. 122.

2) Inter hanc et sequentem extat Iuliani ep. 8 Hertl. *γεωργίῳ ὑπάτῳ* inscripta.

3) Cf. t. II p. 186 n. 100 et p. 227.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT / Public Domain in the United States, Google-digitized
https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093
Digitized by Google
Original from PENN STATE

neglegentius versatus est. Plurimae lectiones ep. 1365, cuius cum Iberico praeter *V* unicus testis est, ubi ab hoc discedunt, corruptelae sunt, una vero *ἐξενεχθήτω* pro *ἐνεχθήτω* (XI 413, 11) genuina est. Qua re demonstratur epistulam non e *V*, sed e codice ab hoc non suspenso manasse. In margine hic illic correctus est. Examinavi et in ep. 1365, cuius apographum Aemidius Martini misit, adhibui.

Paene par est numerus epistularum insertarum in collectione pluribus codicibus servata, quorum signifer

590 1) 205 Apographum etiam hodie in appar. ad Liban. Wolfiano biblioth. urbicae Hamburg. extat, sed male inscriptum: *In codice Colbertino num. CCCXLIX* etc., qui error in edit. Wolfii transiit.

2) Ann. Fleckeis. 1876, 213.

silio debitas. Quos una voce solitarios comprehendo. Ad certos fontes eos referre difficillimum est neque multum interest, quoniam pretio critico carent. Nonnullae epistulae nihil nisi ad folia vacua relicta explenda exaratae videntur. Itaque in enumerando numerum quem exhibent epistularum sector.

Tres epistulas praevias duabus collectionis Lacapenianae inscriptione privas exhibet codex

207. Laurentianus Conv. suppr. 9, olim Abbatiae Florentinae 4 sc. XIV[1]) fol. 364ᵛ. Sunt: 313. 422[2]). 7. 1041. 332.

Tres epistulas, quarum una ad Iuliannm data est, continet codex

208. Athous Iberon 186[3]) sc. XV fol. 23—25 inscriptas *τοῦ λιβανίου*. Sunt 1160. 35. 1218 (= *σιβ'* coll. Lacap.)[4]).

Quattuor continet epistulas codex

209. Ambrosianus E 81 sup.[5]) sc. XV fol. 310ᵛ: 679 (inscriptione privam). 136. 1153 (= *με'* et *ϛη'* Lac.). 100.

Ad tres epistulas redactas reliquias collectionis Lacapenianae exhibet

210. Bodleianus Baroccianus gr. 19[6]) chart. formae 592
quart. sc. XVI fol. 194. Sunt ep. 501 inscripta *λιβάνιος*. 700. 330 (= *ις'* et *π'* Lac.).

Vel ad duas redacta sunt rudera eclogae Lacapenianae, quae exhibent

211. Ambrosianus M 41 sup. (510 in catal. Martinii et Bassii)[7]) sc. XIV[8]) fol. 208, cuius ectypum photographicum mihi misit Bollius. Sunt 763. 947 (= *ρκζ'* et *πς'* Lac.).

212. Laurentianus Convent. suppr. 7, olim Abba- 593

---

1) Cf. t. II 380 n. 130.
2) Hanc omisit Index: Stud. ital. di filol. class. 1 p. 185.
3) Cf. t. II 228 n. 123; t. VIII 22, 15.
4) Antecedit fabula 8 t. VIII 26.
5) Cf. t. V 294 n. 221. Supra p. 85 n. 37.
6) Infra sub n. 410.
7) Cf. t. IV 305 n. 147.
8) Fr. Boll, Byz. Zschr. XVII 551. 553.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized

Digitized by Google Original from PENN STATE

tiae Florentinae 2719[1]) chart. sc. XIV fol. 156^{v} inscriptione privas exhibet ep. 436. 389 (= ρπα' et ροθ' Lac.).

213. Monacensis gr. 490 sc. XV[2]) fol. 51 exhibet ep. 509. 820 (= κγ' et ρκα' Lac.)[3]).

Idem codex paulo post fol. 155^{v} duas praebet epistulas inscriptas λιβανίου ἐπιστολαί: 1041 (= ιζ' Lac.). 300, quae iam verbis τῶν καλῶν (X 281, 17) desinit (non coll. Lac.)[4]).

Item prior tantum epistula collectionis Lacapenianae est, quam exhibet

594 214. Laurentianus LX 16 chart. formae quart. sc. XV fol. 60. Sunt ep. 143 (= μζ' Lac.). 936.

Neutra collectionis Lacapenianae est binarum epistularum, quas exhibent codices

595 215. Parisinus gr. 2011, olim Colbertinus 4867, chart. sc. XV, fol. 39^{v} inscriptionibus instructas ep. 409. 306;

216. Bodleianus Baroccianus gr. 56[5]) sc. XIV exeunt. fol. 34^{v} ep. 1347. 717; idem fol. 112^{v} ep. 1236. 1238, quae in collectione Varsaviensis Zamosciani codicis[6]) numeros ια' et ιβ' gerunt;

217. Vindobonensis phil. graec. XCIII sc. XIV[7]) fol. 311 ep. 1236. 78 manu sc. XV exaratas.

218. Parisinus gr. 963 sc. XV/XVI[8]) fol. 51^{v} ep. 44. 69.

Reliqui codices singulas epistulas continent. Etiam inter has longe frequentissimae sunt duae ad Iulianum datae. Ac principem obtinet locum, quamquam in edit. Wolfiana omissa est, ep. 760, quam Ann. Fleckeis. 1876, 498 publici iuris feci. Ut est responsoria ad Iuliani ep. 2, ita huic in

1) Festa, Stud. ital. di fil. cl. I p. 134.
2) Cf. t. V 162 n. 176.
3) De aliis huius codicis epistulis cf. infra sub n. 361. De fol. 121 cf. infra n. 220.
4) Tertia Νοταρίῳ· οἱ λόγοι τὴν φύσιν est Basilii 333. Cf. t. V 162.
5) Cf. t. I 344 n. 53, supra p. 114 not. 4; infra sub n. 289 et 356.
6) Supra p. 101 n. 60.
7) Cf. t I 38 n. 5, ubi pro 1225 numero epistulae prioris legendum est 1125.
8) Cf. t. I 333 n. 41.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT / https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized

Digitized by Google Original from PENN STATE

compluribus codicibus, quos supra recensui, succedit vel cum aliis epistulis ut in Vatic. 1353 fol. 212v[1]), Vatic. gr. 1467[2]), Laurent. LXX 13[3]) vel sola. Ultimi huius generis sunt codices:

219. Laurentianus LVII 12 sc. XIV fol. 118[4]).

220. Monacensis gr. 490 sc. XV (cf. supra sub n. 213) fol. 121 exhibet Iuliani ep. 3 et Liban. ep. 760.

221. Ambrosianus I 49 sup. (460 in catal. Martinii et Bassii)[5]) sc. XIV fol. 439v, e quo Angelus Maius utramque in

222. Vatican. lat. 9539[6]) transscripsit.

Denique ep. 760 sine Iuliani epistula exhibent etiam codices:

223. Heidelbergensis Palatinus gr. 356[7]) (= Pal) sc. XIV ineunt. fol. 58 *ἰουλιανῷ λιβάνιος*; succedit Iuliani ep. 14.

224. Cantabrigiensis Universitatis G g. I 2 sc. XV 596
fol. 294, cui succedit, quae in Ambros. I 49 antecedit, Iuliani ep. 14 Hertl.

225. Bodleianus Baroccianus gr. 219[8]) sc. XIV fol. 247.

226. Cantabrigiensis collegii Trinitatis collectionis Galeanae O. 1. 36; cf. t. VIII 366 n. 295; infra ad n. 250.

Similiter ep. 758 post orationem pro Aristophane habitam et Iuliani ad Libanium epistulam 74, cui illa respondet, exhibent

227. Athous Laurae Ω 123 sc. XIII fol. 62 et 62v; cf. t. I 323 n. 37. Supra p. 164 sqq. n. 186.

228. Laurentianus LVII 20 sc. XV fol. 67v et 68; cf. t. I 40 n. 6.

229. Vaticanus gr. 941 sc. XV fol. 143 et 144; cf. t. I 229 n. 26.

---

1) Supra p. 117 n. 87. 2) Supra p. 119 n. 88.
3) Supra p. 67 n. 11. 4) Supra p. 119 n. 89.
5) Cf. t. I 363 n. 58. 6) Cf. t. I 367 n. 58a.
7) Cf. t. VI 500 n 248. Char. epistol. p. 19 n. 47. Infra n. 283.
8) Cf. t. I p. 229 n. 27.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT / https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized

Digitized by Google Original from PENN STATE

230. Vaticanus Barberinus II 41 (olim 351) sc. XV fol. 89; cf. t. I 28 n. 4.

231. Neapolitanus II E 19 (CLIV) sc. XV fol. 47^v et 48^r; cf. t. I 332 n. 40.

Denique ad Iulianum data est ep. 35, quae inscripta λιβάνιος ἰουλιανῷ legitur in fine codicis

232. Parisini gr. 3035 fol. 105; cf. t. II 57 n. 93 et supra p. 173 n. 195.

Ad alios datae epistulae solitariae sunt hae:

Unam ep. 636 exhibent tres codices:

233. Laurentianus LX 28 sc. XV fol. 27[1]).

234. Vaticanus Palatinus gr. 278[2]) sc. XV fol. 171^v inscripta λιβανίου ἐπιστολὴ ἀνατολίῳ.

597 235. Parisinus Mazarinaeus 1232 bomb. sc. XIV fol. 235[3]);

alteram, ep. 1184, duo codices

598 236. Parisinus gr. 1308, olim Fonteblandensis, chart. sc. XV fol. 167^v inscriptam λιβάνιος δατιανῷ, et ex hoc descriptus codex

599 237. Parisinus gr. 882, item olim Fonteblandensis, chart. sc. XVI fol. 209, cui λιβάνιος δατιανῷ manu recentiore adscriptum est.

Reliquas huius generis epistulas singuli codices exhibent:

600 238. Bodleianus Baroccianus gr. 115 scripturae sc. XVI chart. formae quart. fol. 53 ep. 1, sed desinit verbis ἄλλον μὲν (X 1, 7).

601 239. Vaticanus gr. 1309, olim Cyriaci Anconitani, tum Fulvii Ursini, chart. sc. XIV fol. 2^v ep. 26, sed desinit voce μεγάλου (X 24, 8)[4]).

240. Musei Britannici codex Arundelianus gr. 517

1) Supra p 149 n. 152.
2) Cf. t. II 195 n. 107.
3) Omont, Inventaire sommaire des manuscr. grecs conservés dans les biblioth. publiques de Paris (Bulletin de la Société de l'Histoire de Paris, Iuillet-août 1883) p. 5 n. 9.
4) Sabatucci, Stud. ital. di filol. class. XIV 385.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT
https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized
Digitized by Google
Original from PENN STATE

sc. XV[1]) fol. 67 ep. 74 inscriptam λιβανίου, e quo descriptus est a Patricio Iunio in codice

241. Collegii Trinitatis Cantabrigiensis collectionis Galeanae O. 2. 54[2]).

242. Escurialensis Σ—II—7[3]) sc. XV in fol. praefixo ep. 242.

243. Baroccianus gr. 216[4]) sc. XV fol. 301^v ep. 276 insertam mutuis Basilii et Libanii, sed desinit imperfecta.

244. Monacensis gr. 253, olim Hartmanni Schade- 602
lii, chart. sc. XV. fol. 105^v ep. 313 inscriptam λιβάνιος εὐμολπίῳ.

245. Oxoniensis Collegii Corporis Christi XC 603
chart. formae quart. min. sc. XV fol. 186^v ep. 331 inscriptam ἀρισταινέτῳ.

246. Vaticanus gr. 706 miscell. sc. XV (= Vat) (cf infra 604
sub n. 284) ep. 684 inscriptione privam in fol. praefixo imo.

247. Vaticanus Reginensis 71 chart. formae oct. sc. 605
XV fol. 76^v ep. 851.

248. Hierosolymitanus bibliothecae Patriarcha- 606
lis S. Sabae 198 a. 1418[5]) exaratus fol. 324^v ep. 1134, quae est prima collectionis Lacapenianae in codice eiusdem bibliothecae S. Sepulcri 370 fol. 421. Fol. 325^v—326^v sequuntur nonnullae inter Basilium et Libanium mutuae (cf. infra sub n. 312).

249. Riccardianus gr. 71 chart. a. 1428 scriptus fol. 607
126^v ep. 1137 inscriptione privam[6]).

250. Cantabrigiensis Collegii Trinitatis collect. Galeanae O. 1. 36 fol. 84^v ep. 1202 inscriptam λιβάνιος λητοΐῳ, descriptam a Patricio Iunio e Barocciano 219[7]).

251. Vaticanus gr. 939[8]) sc. XV fol. 40^v ep. 1220 inscriptam λιβάνιος ἀριστοφάνει.

---

1) Supra p. 150 n. 154.
2) Cf. t. I 283 n. 31 et supra p. 151 n. 157.
3) Cf. t. II 201 n. 119.
4) Char. epistol. p. 17 n. 41. Infra n. 413.
5) Papadopulus Keram. Catal. t. II 304.
6) Vitelli, Stud. ital. di fil. cl. II 522.
7) Supra p. 181 n. 226. 8) Cf. t. I 44 n. 8.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT
https://hdl.handle.net/2027/pst.000007761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized

Digitized by Google Original from PENN STATE

§ 11. De stemmate codicum corporalium et eclogariorum.

Iam summam eorum, quae adhuc disputavimus, uno obtutu comprehendere conemur. Maior est copia codicum — nam ducentos quinquaginta superant — quam ut omnes in unius stemmatis formam redigi possint. Et solitarii ab hoc omnino abhorrent. Sed etiam inter reliquos plurimi sunt, qui omnino in censum non veniant. Itaque in stemmate acquiescendum est eorum, quos ut potissimos duces sequendos esse statuimus.



§ 12. De testimoniis et versionibus quae feruntur palaeoslavica et latina.

Testimonia, quibus loci epistularum servati sunt, exceptis paucis locis proverbialibus a Suida citatis omnia aetatis recentioris parvaeque auctoritatis sunt.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT / https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized
Digitized by Google
Original from PENN STATE

252. Plurima excerptis continentur codicis Neapolitani II C 32 sc. XV (= Exc Neap)[1].

253. Haec e parte in excerpta Heidelbergensis Palatini gr. 129 (= Pal) fol. 46^v transierunt[2]. Rarissime igitur neque nisi speciminis loco horum ratio habenda erat.

254. Unum tantum locum proverbialem (ep. 473 X 453, 12 sq.) suum fecit Maximus Planudes ep. 119 ed. Treu.

255. Codice cum *V* aliquatenus cognato Thomas Magister (= Thom) usus videtur esse, qui nonnullos locos, sed parum accurate laudavit, ut loci ex ep. 671 vel 1153 citati testantur. Contra ep. 362 (X 345, 12) et 542 (ib. 507, 18) a *V* recedit et facit cum *S*.

256. Eiusdem etiam locus ep. 256 (X 247, 7—12) est in scholiis codicis Leidensis ad Eur. Phoen. 290.

257. Georgium Lacapenum (= Lac), qui longe omnium plurimos locos laudavit et in epimerismis epistularum et in libello *περὶ τῆς συντάξεως τῶν ῥημάτων*, cuius lectiones codicis Mosquensis (cf. ad ep. 388 X 380, 1 sq.) Theodoro Korsch debeo, codicem *m* cum archetypo codicum *S* et *Vi* cognatum usurpasse e lectionibus ep. 123 (X 124, 15) *ἀφεστηκέναι* (*S*) pro *ἀφεστάναι* et ep. 25 (X 23, 1 sq) *ἐδέξατο* (*Vi*), quae genuinam reliquorum librorum *εἶχεν αὐτῇ δεξαμένῃ* removit, concludi potest. Vocem *ἡσυχῇ* ep 374 (X 363, 1), quae ut ab omnibus libris abest ita a *Lac* solo exhibetur, genuinam esse cave e lacuna 5 vel 6 litterarum in cod. *V* conspicua colligas. Nihil nisi additamentum ipsius est a simplicitate dictionis Libanianae alienum.

Non quidem pauci numero, sed parvi ambitu sunt loci, qui in diversis lexicis vel excerptis codicis

258. Darmstadiensis[3]) 2773 sc. XIV/XV manu secunda in marginibus eorum additi sunt, at loci ipsi saltem in maximis eorum (fol. 107^v—113^v; 322^r—345^v)[4] allati codicem Lacapeni ut fontem excludunt et codicem cum *V* cognatum probabilem reddunt. Examinavi codicem a. 1918.

---

1) Supra p. 69 n. 14. 2) Supra p. 70 n. 15.
3) Cf. t II 118. Supra p. 11 n. 26.
4) Voltz et Croenert, Centralbl. f. Bibl. XIV 545 et 557

608 259. Etiam Manuel Rhaul, qui in collectionem epistularum exemplarium sub imperatore Ioanne Cantacuzeno congestam, nondum publici iuris factam nonnullas epistulas Libanii vel integras, ut 408 et 617 etiam nominibus eorum ad quos datae sunt retentis, vel e parte recepit, codice simili atque Lacapenus usus est. Nam ep. 1536 eadem voce *μενεῖ* desinit atque S_{II} *Lac* et ep. 408 *ἐψηφισμένον* pro *ἐψηφισμένων* praebet aeque ac *Vi.* Usus sum codicibus Monacensi gr. 199 et 145.

260. Singulos locos suum in usum converterunt Theodorus Hyrtacenus cum in orationibus (cf. ad ep. 32) tum in epistulis et

261. Demetrius Cydonius in epistulis (cf. ad ep. 143).

262. Macarius Chrysocephalus in Roseto cod. Marcian. gr. 452 sc. XV fol. 95 tradito, ut ordo excerptorum lectionesque ipsae ostendunt (cf. ep. 694 X 627, 12), codice generis ipsius Lacapeniani usus est.

263. Scholiasta codicis Schellershemiani Panathenaici Aristidis unum epistularum locum laudavit, item

264. Andreas Lopadiota, auctor lexici Vindobonensis (cf. ep. 957 XI 94, 3 sq.), e quo nihil de genere codicis adhibiti colligi potest. Alter, quem laudavit s. v. *ἔξαρνος γράφεται*, est Aristidis (cf. fragm. 84 XI 662). Comm. ep. 13, quae vocem *ἔξαρνος* praebet, genuina non est.

Nec quicquam certius statui potest de codicibus, quibus usi sunt

265. Manuel Chrysoloras, qui locum ep. 435 (X 425, 9—426, 2) laudavit in *συγκρίσει παλαιᾶς καὶ νέας Ῥώμης* et

266. Gregorius in epistula in Bessarionem (cf. ad ep. 226 X 211, 10).

Fama quaedam, quae etsi incerta ad me pervenit de Libanii operibus quibusdam in linguam palaeoslavicam versis, nulla alia re contineri videtur nisi mentione

267. codicis slavici bibliothecae monasterii S. Germani a Pratis Benedictinorum Congregationis S. Mauri Lutet. Paris. a Bernardo de Montfaucon Bibl. manuscr. II

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT
https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized

Digitized by Google
Original from PENN STATE

p. 1041 facta. Cuius verba sunt: *codex slavicus. grammatica. Epistolae Libanii.* Codex hodie neque in Parisina neque in Petropolitana superstes, ut Carolus Graux et Bitschkoffius mihi scripserunt, incendio illo diei 19 mensis Augusti a. 1794 periisse videtur. Sed Libanii in linguam palaeoslavicam versi nec volam nec vestigium extare qui litterarum illarum maxime gnari sunt, ut B. Warnecke mihi scripsit, unanimi asseruerunt.

Nec magis Libanii epistulae medio aevo in linguam latinam versae sunt. Quas enim codice sc. XI, olim

268. Bertiniano, hodie urbis St. Omer n. 686, Libanii epistulas latine factas contineri crediderunt[1]), Symmachi epistulas esse eas revera earumque inscriptionem Libanii verba librario recentiori verba primae Symmachi epistulae *verba libavi* male interpretato deberi olim[2]) docui.

269. Versionem autem latinam 109 epistularum a Francisco Zambicario a. fere 1473 et 1475 e codice cum Dresdensi (*D*) et Casanatensi cognato factam nullius in crisi pretii, reliquas vero omnes 419 ab illo fictas esse libro illo inscripto: Francesco Zambeccari und die Briefe des Libanios, Stuttgartiae 1878 edito argumentis docui, quae ad quamvis dubitationem solvendam valida esse agnoverunt cum omnes qui de illo libro rettulerunt, ut Arn. Hug, Jenaer Litteraturzeitung 1878 N. 24; Car. Graux, Rev. de phil. II 1878 m. Iulii; Bursianus, Jahresber. f. klass. Altert. 1878, 112 sq.; P. Decharme, Rev. crit. 1879 n. 46; G. Koerting, Zeitschr. f. roman. Phil. III (1879) 408, tum Otto Seeck, Die Briefe des Libanius 471. Unus Achilles Coen, Rassegna settimanale 1879 april. 6 (vol. III n. 66 p. 269), quamquam argumenta agnovit, tamen etiam nunc dubitari posse contendit, cui de fide sentiendi quae velit libertatem non invideo, at argumenta authentiae proferre omisit. Vollertus vero (Kaiser Julians religiöse und philosophische Überzeugung, Gütersloh 1899) p. 61 qui epistulas fictas esse con-

1) Catalogue des Manuscrits des bibliothèques des Départements t. III 300. Haenel, Catal. Manuscr. bibl. 261.

2) Mus. Rhen. XXX 466.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT / Public Domain in the United States, Google-digitized
https://hdl.handle.net/2027/pst.000007610093

Digitized by Google
Original from PENN STATE

cedit, quo iure iis ut fonte secundario uti licere contendit, me non intellegere profiteor. Quod Alexander Harrant, Les écoles d'Antioche, Parisiis 1898 p. 26 et 86 his epistulis ut genuinis usus est, iure tulit reprehensionem Leopoldi Cohn (Berl. phil. Woch. 1899 n. 43). Sed etiam quod Leo Hugi, Der Antiochikos des Libanios, Solothurn 1919, 33 paucas earum pro versionibus epistularum genuinarum sed perditarum haberi posse contendit, improbandum est.

Haec de codicibus corporis et eclogarum.

Caput II.

DE EPISTULIS EXTRA CORPUS ECLOGASQUE SERVATIS.

§ 13. De ep. 1543 et 1544.

Extra corpus eclogasque ex hoc profectas e penu ut videtur epistularum eorum qui acceperunt paucissimae ad nos pervenerunt epistulae. Duarum, quae huc pertinent (1543 et 1544), commune est, quod qui acceperunt episcopi fuerunt Amphilochius Iconii, Optimus Agdamiae, postea Antiochiae Pisidiae. Quae res effecisse videtur, ut testimoniorum instar aestimationis illis a Libanio praeceptore tributae servarentur et traderentur. Nec vero nos ad eas aeque atque mutuas Basilii et Ioannis Chrysostomi in suspicionem vocandas commovere debet[1]). Spirat enim in iis ingenium ab illis plane diversum nec quicquam habent, quod vel cum Libanii indole stiloque vel cum rebus eius temporis discrepet. Prior a. 374, i. e. non ita multo postquam Amphilochius sedem Iconiensem nactus est, id quod sub finem a. 373 evenit, scripta est. Altera vero ei aetate suppar sit necesse est, quoniam Optimus eodem fere tempore episcopus Antiochiae

1) Dubitationes, quas olim ann. Fleckeis. 1876, 504 movi, sed iam diu missa feci, Seeckium 59 et 496 adduxisse videntur, ut eas ut suspectas praetermitteret.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT / Public Domain in the United States, Google-digitized
https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093
Digitized by Google
Original from PENN STATE

factus est. Qua in re cum Reiskio[1]), Sieversio 291, Holtio[2]) consentio.

Accedit, quod in archetypo, ad quem omnes earum codices superstites redeunt, cum ep. 1214 (a. 364) certo genuina, etsi in argumento nihil commune habent, coniunctae legebantur.

Non archetypi locum tenet, sed apographi instar ex exemplari a reliquis codicibus diverso, sed meliore profecti habendus est codex

270. **Laurentianus** IV 14 (= La)[3]) membr. formae 609
quart. sc. X, qui teste Catal Bandinii t. I 539 post Gregorii Naz. et Basilii epistulas et fragmentum homiliae *πρὸς τοὺς συκοφαντοῦντας ἡμᾶς* has 3 epistulas in folio ultimo 362, revera 363, continet. Desinit in media ep. 1214 vocibus *ᾧ καὶ τοῦτο* (XI 295, 3). Cum *V* concinit in lectionibus huius epistulae *χρόνον* et *ἄξια δακρύων* ep. 1214. Est **Mediceus Marani**. Pace restituta[4]) Ios. Wilperto gratiose intercedente fol. 363 meum in usum contulerunt Marius Praz et Georgius Pasquali.

Proxime ab eo stat

271. **Marcianus** gr. 79 (= Marc) membr. formae folii 610
sc. XII, qui et ipse post Gregorii Naz. et Basilii epistulas hasce tres exhibet fol. 304 et 305[5]) inscriptas *λιβανίου σοφιστοῦ πρὸς ἀμφιλόχιον ἐπίσκοπον, πρὸς ὄπτιμον ἐπίσκοπον γενόμενον· τοῦ αὐτοῦ, ἀριστοφάνει λιβάνιος*. Cf. infra sub n. 296. Contulit Io. Veludo.

Sequitur

272. **Bodleianus Miscellaneus** 38 (Auct. E. 2. 10) 611

---

1) De quibusdam e Libanio repetitis argumentis ad historiam ecclesiasticam pertinentibus, Lips. 1759, 10 sq.

2) Amphilochius von Ikonium 8. 15. 17.

3) Infra sub n. 295.

4) Cum in indice Bandiniani catalogi s. v. Libanius huius codicis mentio omissa sit, sero in eum incidi neque bello exorto copiam eius nancisci potui.

5) Earum mentio in Zanettiano Catalogo t. I p. 55 omissa, sed ab I. Morellio, Bibl. Ms. Graec. et Lat., Bassani 1802, 71 facta est.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT / Public Domain in the United States, Google-digitized
https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093

Digitized by Google Original from PENN STATE

(= Bodl) chart. formae folii a. 1547 teste inscriptione fol. 138 (ᾱφμζ) exaratus, qui post Basilii τλδ epistulas fol. 137^v et 138 easdem tres epistulas exhibet eundem in modum inscriptas atque in Marciano, sed ac si essent Basilii numeratae τλε—τλζ'. Etiam quod *Γρηγορίου Νύσσης περὶ τῶν ἀπιόντων εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα* (fol. 138^v) et *Ἀθανασίου ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας πρὸς Ἰωάννην καὶ Ἀντίοχον πρεσβυτέρους* (fol. 140^v) et Gregorii Naz. epistulae succedunt, cum Marciano facit. In lectionibus illarum trium epistularum plerisque cum eo congruit, in paucis deterior, in una (*ἐπυθόμην* pro *ἐπειθόμην* ep. 1214) superior est, ut ex Marciano ipso vel saltem ab eodem exemplo descriptus dicendus sit. Idem est atque Pembrochianus Rostgaardi, qui apographo ab Oleario[1]) facto usus est, Wolfiique. Contuli.

Ad commune redeunt exemplum duo codices sc. XV:

612 273. Laurentianus LVIII 16 (= Laurent) chart. formae quart. s. XV, qui continet epistulas diversorum atque inter has post Phalaridis Brutique (fol. 1—45) fol. 45^v—51^v epistulas 24 inter Basilium et Libanium mutuas (cf. infra sub n. 400). Has excipiunt fol. 51^v—103 ep. 1543 inscripta *λιβάνιος ἀμφιλόχῳ ἐπισκόπῳ*, ep. 1544 *λιβάνιος ὀπίμῳ* (sic) *ἐπισκόπῳ γενομένῳ*, ep. 1214 *ἀριστοφάνει λιβάνιος*, aliaeque utriusque Gregorii[2]), Iuliani, Philostrati. Est Mediceus F Wolfii. Inspexi atque e parte contuli;

et 274. Burneianus gr. 75 (= Burn) (supra p. 106 n. 70)[3]), qui continet post Bruti et Maximi Planudis epistulas (fol. 161—168) inde a fol. 170 — antecedit *πίναξ* fol. 169^v — epistulas Basilii et Libanii mutuas pictas coloribus rubro et caeruleo inscriptas *ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ ΑΜΟΙΒΑΙΑΙ ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ ΚΑΙ ΤΟΥ ΛΙΒΑΝΙΟΥ*. Ordo epistularum idem est atque in Laurentiano excepto quod per errorem — nam in indice deest — sub *κγ'* redit comm. ep. 10, quae iam in illo sub *ζ'* comparuerat, itemque non

1) Supra p. 152 n. 159.
2) Przychocki, De Greg Naz. ep. codd. Laur. (Wien Stud. 33) 254.
3) Przychocki, De Greg. Naz. epist. codd. Britannicis (Act. acad. Cracov. ser. III tom. V 1913) 231.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT / https://hdl.handle.net/2027/pst.000007761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized

Digitized by Google Original from PENN STATE

solum ep. 1543. 1544. 1214, sed etiam Gregorii Naz. ad Celeusium et Gregorii Nysseni *περὶ τῶν ἀπιόντων εἰς τὰ ἱεροσόλυμα* epistulae sub n. *κς—λ'* occurrunt. Antecedit collectio Lacapeniana (cf. supra n. 70), sed sine ep. 501 et 647, quae in fronte mutuarum stant. Examinavi et e parte contuli.

Ad commune exemplum utrumque codicem redire e singularium lectionum consensu elucet e quibus formam falsam nominis *ὀπίμῳ* attulisse sufficiat.

Ex eodem quo Marcianus exemplo, sed mendose descriptus est codex

275. Bodleianus Baroccianus gr. 121 (= Bar) membr. 613
formae quart. sc. XI (cf. infra sub n. 349), qui fol. 211 ep. 1543 *σμ'* numeratam inter Basilii epistulas *σλθ' πρὸς τοὺς μὴ δεχομένους τὸ ὁμοούσιον* et *σμα' πρὸς Χαλκιδέας· τὸ γράμμα τῆς εὐλαβείας* exhibet. Contuli. Codicem autem illum archetypum non e *V* fluxisse, sed per se constitisse docet ep. 1214 in illo quoque superstes. Recte in ea et *La* et *Marc Bodl* lectionem praebent *ἔχει*, perperam *V ἔχεις*.

Epistulam 1544 perperam inscriptam *λιβάνιος βασιλείῳ* cum 1214 exhibet codex

276. Escurialensis Y — III — 9 (329 in catal. Mille- 614
riano) chart. formae quart. sc. XIV post epistulas inter Basilium et Libanium mutuas (fol. 136—143) (cf. infra sub n. 399).

Mea gratia inspexit Carolus Graux.

§ 14. De epistulis subditis 1545—1553.

Reliquae epistulae, quae per hunc vel illum codicem dispersae Libanii nomen prae se ferunt, ab hoc abiudicandae sunt. Ep. 1545 quam solus

277. Laurentianus LXX 13 (= Lau)[1]) sub num. *τνδ'* inter Libanii ep. 33 et 1215 exhibet a Libanio abiudicanda est[2]). Nomen eius ad quem data est deest. Sabentius, de quo conqueritur, omnino a numero eorum, quibuscum

1) Supra p. 67 n. 11.
2) Ann. Fleckeis. 1876, 508. Seeckio dubia visa est.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT / Public Domain in the United States, Google-digitized
https://hdl.handle.net/2027/pst.000007761093

Digitized by Google Original from PENN STATE

Libanio conversatio fuit, abest, quin etiam forma nominis illo tempore inaudita est. Stilus epistulae a Libanio prorsus abhorret. Enuntiatum tam incompositum quam quod in ea legitur t XI 564, 2—6 *οἳ μὲν — ἀποφήνασθαι* apud Libanium frustra quaeres. Sed etiam vocabula *ἀηδίζεσθαι* et *παραπλήξ*, locutiones *ὠδίνειν κατά τινος*, *τὰ τῷ ἡμετέρῳ δικαίῳ διαφέροντα* (quae nostris iuribus conveniunt), *οἱ ἐκδεδιῃτημένοι τὰ ὦτα*, denique *κατόπιν* significans confestim a Libanio aliena sunt. Epistulam autem non fictam, sed ab alio scriptam esse nec nisi casu inter Libanianas venisse apud me constat. Syllogae huius codicis concinnator, qui eclogam Lacapenianam epistulis undique collectis nulloque ordine compositis augere studuit, facile etiam epistulam alius originis pro Libaniana inserere potuit. Fortasse est Demetrii Cydonii, cuius complures Libanii epistulis immixtas deprehendimus[1]).

Idem statuendum videtur de ep. **1546—1549**, quas medias inter Libanianas fol. 117^v—120^r praebet codex

278. Coislinianus 349 (= Co) sc. XV[2]) quarumque tres ultimas Wolfius ex apographo Bernardi de Montfaucon sub n. 1577—1579 edidit. Secundae et quartae epistulae originem christianam[3]) vel locutiones *εὔχεσθαι δεῖ τῷ θεῷ* et *εὐχόμεθα τῷ θεῷ* produnt[4]); tertia autem de morbo queritur non, qui fuit Libanii, vertigine, sed dolore capitis a difficultate concoquendi (dyspepsia) repetendo. Prima denique quod Libanii pomarium fuisse ponit, a vero absonum est. Quarta autem revera est Demetrii Cydonii, ut apparet

1) Supra p. 162 n. 181 et infra sub n. 278.

2) Supra p. 177 n. 204.

3) Nam Libanium sacris christianae religionis imbutum esse fabula est commenticia Amphilochii qui fertur auctor vitae Basilii quique ab hoc pendent interpretes latini et auctor mysterii gallici sc. XIV, de quibus confer quae dixi in commentatione inscripta 'Kaiser Iulian in der Dichtung alter und neuer Zeit' (Studien zur vergleichenden Literaturgeschichte V) p. 7 et 17.

4) Monnerius, Histoire de Libanius 176 quomodo animum adducere potuerit ut ep. 1547 fragmentum esse orationis diceret, non intellego.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT / https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized
Digitized by Google
Original from PENN STATE

ex initio a Iorio[1]) publici iuris facto. Est igitur, cur idem de tribus reliquis conicias, praesertim cum paulo post alia eiusdem auctoris epistula occurrat. Descripsi e *Co*.

Iniuria denique Libanii nomen prae se ferunt ep. 1550 et 1551 consolatoriae in descriptione codicis

279. Parisini gr. 2671[2]) sc. XV fol. 421, quam catalogus Mellotianus exhibet[3]): 'Libanii. duae epistolae consolatoriae'. In codice ipso priori epistulae quaevis inscriptio deest execpto quod in margine rubricatum est *παραμυθητικὴ ἑτέρα ιγη*, quoniam fol. 414ᵛ duae consolatoriae antecesserunt, alteri in margine fol. 421ᵛ sane adscriptum est *ἑτέρα παραμυθητικὴ λιβανίου*, sed utraque nihil nisi paradigma est posteriore tempore factum ad *παραμυθητικὴν ἐπιστολὴν* characterum epistolicorum falso Libanio tributorum. Prior quidem legitur inter Gregorii Cyprii epistulas in codice Parisino gr. 2022 fol. 176ᵛ neque video, quod huic auctori obloquatur, etsi abest ab eius epistulis, quas codices Vindobonenses gr. 101 et 195 exhibent, e quibus Eustratiades Alexandriae 1910 Gregorii epistulas in lucem protraxit. Talem autem in modum facile explicatur, quod epistula in codice Laurentiano Acqu. 39 sc. XVI, qui tractatum ad Pseudolibanii *ἐπιστολιμαίους χαρακτῆρας* redeuntem continet, fol. 103ᵛ inscripta *ὁμοία τοῦ θεολόγου* Gregorio Nazianzeno adscribitur. Cum autem codex Parisinus 2671, e quo Boissonadius Anecd. Nov. p. 393 alteram epistulam ut Pseudolibanianam edidit, e codice

280. Havniensi bibl. reg. 1985 fol. 141 (= Ha) (cf. supra p. 175 n. 200) derivatus sit et praeter hunc in utraque codex

281. Vaticanus gr. 306[4]) sc. XIII fol. 80 (= Vati) suppetat, in altera etiam codex

282. Laurentianus LIX 5 sc. XV[5]) (= Laurenti), quocum

283. Heidelbergensis Palatinus gr. 356[6]) sc. XIV

1) Studi Ital. di filol. class. IV, 286 n. 371.
2) Char. epist p. 16 n. 38. 3) Ann. Fleckeis. 1876, 496.
4) Char. epistol. p. 17 n. 43. 5) Char. epistol. p. 18 n. 46.
6) Supra p. 181 n. 223.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT / Public Domain in the United States, Google-digitized https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093

Digitized by Google Original from PENN STATE

ineunt. fol. 52v ita facit, ut fide ei cedat, in lectionibus horum trium codicum *Vati*, *Ha*, *Laurenti* acquiescendum esse putavi. Codicum *Vati* et *Laurenti* tabulas phototypicas. quas Weichertus faciendas curaverat, adhibui, codicis *Ha* lectiones ex eiusdem apparatu critico recepi.

Eiusdem farraginis est ep. **1552**. Quae quod Libanii nomen prae se fert, quavis caret auctoritate. Nam legitur manu sc. XV exarata sine ulla inscriptione in folio praefixo codicis

284. Vaticani gr. 706 (= Vat)[1]) sc. XV nihil Libanii continentis, neque ulla alia re Rostgaardus Wolfiusque adducti sunt ut epistulam pro Libaniana acciperent nisi quia in imo folio item sine inscriptione legitur Libanii ep. 684. At minime cum priore cohaeret, sed longo distat intervallo Una vero forma *παριστάνεις* ad originem Libanianam repellendam, Byzantinam asserendam sufficit[2]).

Proxima est transitumque ad Basilii et Libanii mutuas facit ep **1553** ad Ioannem Chrysostomum data. Cum Libanii epistulis coniuncta est aeque atque tres mutuae per eum, qui syllogam Lacapenianam in fine auxit. Nam in una parte codicum, quae eam continent,

285. Barocciano 4 fol. 211 sc. XIV (= Baroc) (cf. supra p. 151 n. 156),

286. Vaticano 2243 (= Vatica) sc. XIV (cf. supra p. 134 n. 110),

287. Barberino II 60 fol. 43v sc. XV/XVI, (cf. supra p. 133 n. 106),

288. Neapolitano III A 11 sc. XVI fol. 125v (cf. supra p. 134 n. 107),

succedit illis mutuis (comm. ep. 24 (= 501). 25 (= 647). 12) in fine syllogae Lacapenianae collocatis, in altera parte,

289. Barocciano 56 sc. XIV fol. 27v (cf. supra p. 180 n. 216) et

290. Bodleiano Miscellaneo 242 sc. XVI fol. 115 (cf. supra p. 9 n. 22 et infra sub n. 327),

---

1) Supra p. 183 n. 246. 2) Ann. Fleckeis. 1876, 503.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT / Public Domain in the United States, Google-digitized
https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093
Digitized by Google Original from PENN STATE

antecedit mutuis Basilianis. Ex alterutra familia fluxit codex

291. Constantinopolitanus S. Sepulcri 74[1]), in cuius fol. 92r ep. 1553 legitur inscripta *λιβάνιος ὁ σοφιστὴς ἰωάννῃ τῷ χρυσοστόμῳ.*

In utramque codicum partem cadit, quod epistula non directa via in illos pervenit, quoniam nunquam pars fuit corporis Libaniani, sed epistulae ab Isidoro Pelusiota (II 42) scriptae[2]), qui eam testimonii loco protulit, quanti Ioannes a Libanio aestimatus sit. At quamquam Ioannem Libanii discipulum fuisse contra Maasium[3]) Antonio Naegele[4]) concedo[5]), tamen epistulam pro genuina habere non queo. Verba enim eius *ἐπαινέτου—βασιλείαν* (XI 571, 4 sq.) non quadrant nisi ad a. 393, quo die X mens. Ianuarii Theodosius imperium filiis i. e. Arcadio et Honorio tradidit[6]), ut cognovit Sieversius 290. Quamvis dubitationem eximunt verba ep. 1100 eodem anno scriptae *ἀπολαύοις δὲ—παίδων* (XI 210, 2 sq.). Nunquam debebat Naegelius hanc rem tanti esse negare, ut ad authentiam denegandam vel nomen Ioannis mutandum cogere posset, neque magis de laudatione unius ex anterioribus imperatoribus, velut Constantini, cogitare licet. Quae res ne Tillemontium[7]) quidem fugit,

1) Char. epistol. p. 7 n. 17.

2) Etiam in Barocciano 56 (n. 289) pars est epistulae inscriptae *ἰσίδωρος ὠφελίῳ γραμματικῷ* itemque in Barroc. 4 (n. 285); in Barberino (n. 287) huic antecedit.

3) Relat. Acad. Berol. 1912, 1123 sq.

4) Chrysostomos und Libanios, Romae 1908, 11 sq.

5) Res tamen certa prius dici non poterit, quam quatenus Ioannes in dictione orationum superstitum a Libanio pendeat demonstratum erit. Non sufficit exemplum, quod digito monstravit Boissonadius ad Tzetz. alleg. Hom. p. 347 Ioann. hom. ad Antioch. VII § 5 *ὁρῶ τὸν καιρὸν ἡμῖν οὐκ ἐπιτρέποντα πρὸς τοιοῦτον ἀφεῖναι τῶν λόγων πέλαγος* comparans cum Lib. t. II 72, 8 *ἐπειδὰν—ἐπιτρέπῃ.*

6) Seeck 446.

7) Mémoires pour servir à l'histoire ecclésiastique t. XI (ed. Paris 1706) 555 not. 8. De authentia epistulae non dubitat Leo Bayer, Isidors von Pelusium klass. Bildung, Paderborn 1915, 78. 98.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT / Public Domain in the United States, Google-digitized
https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093
Digitized by Google
Original from PENN STATE

qui ut hanc difficultatem superaret, *τοὺς λαβόντας υἱεῖς* in *τὸν λαβόντα υἱέα* mutare voluit: at est vim afferre verbis. A. 393 vero Ioannem Chrysostomum a laudatione imperatorum scribenda alienum fuisse pro certo statuere licet. Sed ne illud quidem admitti potest quod commemoratur in principio epistulae Libanium ipsum laudationem illam amplam ubi acceperit recitasse rhetoribus. Fuit enim illo tempore decrepitus mortique vicinus. Quid in simili re fecerit, ipsa illa ep. 1100 ostendit. Denique verba ep. 1553 plausum, quo laudatio a rhetoribus accepta sit, describentia *ὧν οὐδεὶς—ἐκπεπληγμένων* (XI 570, 12—571, 1) nimium illud quod in Basilianis mutuis castigandum erit exaggerandi studium produnt. Hic quoque modum servatum exhibet ep. 1100. Quae cum ita sint, ep. 1553 non cum Valesio[1]), quem Renardus Goebel[2]) et Maasius 1126 secuti sunt, a Libanio quidem, sed ad alium Ioannem scriptam esse existimare queo. Accedit, quod Isidorum in hac quidem re sese decipi passum esse aegre admitti potest. Neque enim solum Ioanni Chrysostomo aetate suppar fuit, sed etiam ipsum scriptaque eius novit[3]). Contra nil obstat, quominus credamus eum fraudem in epistula ut a Libanio ad Ioannem Chrysostomum scripta commissam parum perspexisse. Et consilium quo epistula ficta est elucet; idem est, quod in mutuis quoque Basilianis cognoscemus: etiam Ioannis Chrysostomi eloquentia summam tulit laudem ethnici Antiocheni. Denique ne illud quidem, quod in mutuis observabimus, hic deest, exempla dico. Tenorem quidem filumque fictori praebuit illa ep. 1100. Principium vero *δεξάμενός σου—ἥσθην οὖν* (XI 570, 11—571, 2) mutuatus est a principio epistulae Iuliani ad Theodorum archipresbyterum scriptae et e codice Chalceno a Papadopulo Kerameo, Mus. Rhen. 42, 24 publicatae. Epistulam ut Isidori codicibus tradita est

1) Socr. hist. eccl. VI 3 p. 75.

2) De Ioannis Chrysostomi et Libanii orationibus quae sunt de seditione Antiochiensium, Gotting. 1910, 12.

3) Naegelius l. l. 27.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT / https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized

Digitized by Google Original from PENN STATE

recensendam esse patet. Paucis locis lectionem quae fertur editionibus e duobus codicibus Libanianis vetustis, *Baroc* et *Vatica*, correxi.

§ 15. De corpusculo epistularum inter Basilium et Libanium mutuarum.

Ultimo genere codicum comprehensum est corpusculum epistularum inter Basilium et Libanium mutuarum. Sunt epistulae 26 (= comm. ep. 1—26), quarum 11 Basilii, 15 Libanii nomen prae se ferunt. At exceptis duabus 24 et 25 (= 501 et 647), quae Libanio relinquendae sunt ut ad Basilium quendam, verum non Magnum scriptae, omnes ficticiae habendae sunt. Quod ut clarum fiat, et fata corpusculi respicienda et singulae epistulae examinandae sunt. Sed in quaestione valde intricata summa cautione opus est.

Unius ex his epistulis vestigium primum sc. VI extat. Ad Libanii enim personati verba *ἐν κάλλει — κεκράτηκε* (XI 577, 8 sq.) respicit Zacharias scholasticus in vita Severi e lingua syriaca (ed. Spanuth, Gottingae 1893) in gallicam reddita ab A. Kugenero (Patrolog. orient. II 13: *On l'entendit aussitôt faire l'éloge des lettres adressées par Basile à Libanios et de celles que Libanios écrivit en réponse, dans lesquelles il avouait avoir été vaincu par Basile et accordait la victoire aux lettres de celui-ci*). Sed etiam non solum hanc epistulam, sed totam syllogam Zachariae notam fuisse ex hoc loco colligas. Idemque dicendum est de Ioanne superiore monasterii Beith-Aphthonia auctore vitae Severi[1]) in gallicum sermonem versae a Kugenero l. l, quippe qui dicat p. 215: *Il en était là, lorsqu'un de ses compagnons, qui aimait Dieu, lui donna un livre du grand Basile. Dans ce livre Basile répondait aux lettres de Libanios sophiste d'Antioche*[2]). Neque

1) Steph. Sikorski, Zacharias Scholastikos, 92. Jahresber. d. Schles. Gesellsch. f. vaterl Cultur 1914, Phil.-arch. Sekt., 7.

2) Proximum aetate de comm. ep. 7 testimonium est Theophylacti Simocattae, qui locutionem, qua haec incipit, in prin-

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT / Public Domain in the United States, Google-digitized
https://hdl.handle.net/2027/pst.000007761093
Digitized by Google
Original from PENN STATE

hanc syllogam ab ea, quae ad nos pervenit, diversam esse opinandum est. Huius autem facies non una semper et eadem fuit.

Aberant a primigenio corpusculo ep. 22—26, ut fere desunt in antiquis corpusculi codicibus. Comm. ep. 24 = 501 aestate a. 356 a Libanio scriptam esse e loco, quem in *V Va Vo S Vind Lacap*, i. e. in corpore, tenuit, consequitur[1]). Nam hanc solam epistulam postea in corpus inculcatam esse a quavis probabilitate abhorret. At quod in epistula Basilius, ad quem scripta est, hoc anno ab Alcimo rhetore Nicomedia Romam petente interim munus docendi adulescentulos accepisse dicitur, abhorret a Basilio Magno, id quod vel Pasqualius, ceterum authentiae epistularum defensor, concessit[2]). Et quamquam Basilium Magnum discipulum Libanii fuisse teneo commotus auctoritate epistulae a Gregorio Nysseno ad Libanium datae, quam cum Laubio[3]) p. 12 pro supposita habere non queo, tamen tam artum inter eos caritatis fuisse vinculum nego, ut Libanius scribere potuerit comm. ep. 24 *ὢ χρόνων—οὐδένα* (XI 596, 7—9), quae verba melius commilitoni quam praeceptori conveniunt[4]). Neque huic opinioni obstat, quod epistula in *V S Vind* inscribitur *τῷ μεγάλῳ βασιλείῳ*, nam haec non e Libanii, sed antiquarii posterioris manu profecta est, et *τῷ μεγάλῳ*, ut in *Vo* deest, ita in *Va* manu recenti additum est.

---

cipio ep 28 *οὔπω μοι τῆς γῆς ὑφῆκας* imitando expressit. Cf. Krabinger, Bulletin d. Münchner Akad. 1850 n. 34 col. 269.

1) Seeck 30. 330. Silomon 51.

2) Berl. phil. Woch. 1914, 1513.

3) De litterarum Libanii et Basilii commercio, Vrat. 1913. In ea re, quod Gregorius Basilium fratrem patris nomine appellat, nullam esse offensionem ostendit locus de hom. opif. M. 44, 125 B (cf. Holl, Amphilochios 197). Quo sensu *πατήρ* accipiendum sit, elucet ex ep. 8 Basilii personati (XI 575, 20—576, 8).

4) Verba *τὰ πάντα ἦμεν ἀλλήλοις* Lib. ep. 1518 de Ausonio Lacedaemonio, vetere commilitone, adhibuit. Pariter loquitur de matre sua t. I 81, 20, de Prisca uxore Bassiani ep. 1409 (XI 450, 18), sed etiam de Zenobio magistro suo ep. 420 (X 411, 6).

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT / https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized
Digitized by Google
Original from PENN STATE

Basilii vero nomen illa aetate frequens fuit: unum Basilii Magni patrem cognomen affero, quia idem rhetor erat. Denique ne quis aliud talis Basilii cum Libanio vetere contubernio coniuncti vestigium deesse miretur, tenendum est e paucis tantum annis epistulas Libanii ad nos venisse.

Basilium autem comm. ep. 25 (= ep. 647) eundem esse quominus statuamus, nil obstat; cf. verba, quibus incipit *καὶ πῶς—χρόνος* (XI 596, 16 sq.). Quod haec epistula in *V* deest, offensionem non habet. Facile admitti potest librarium eam in corpore praetermisisse, quia eam in corpusculo exhibere voluit, at postea omisit. Locus vero, quem in *Va Vo S Mo Vind Ath Vat.* 64 itaque in archetypo Libaniano inter 646 et 648 (vel 649, ut in *S*) tenet, eam a. 361 scriptam esse probat. Basilium vero Magnum hoc anno Antiochiae versatum esse, id quod statuit Seeckius 33, quavis probabilitate caret. Nec magis argumentum ep. 647 cum comm. ep. 10 comparatum permittit, quod olim Benzelius opinatus est, ep. 647 ad 10 respondere. Stilus vero neutrius epistulae quicquam a Libanio absoni praebet. Immo locutio ep. 647 *ἔμοιγε—χρόνος* (XI 596, 17) in memoriam vocat locum ep. 1321 *ἡμεῖς—ἕξομεν* (XI 379, 18 sq.), etsi utriusque exemplar fuit locus Thuc. I 129, 3. Quae cum ita sint, cum Seeckio 30 consentiens has duas epistulas Libanio relinquendas eoque quo in corpore traditae sunt loco imprimendas neque tamen a corpusculo removendas esse censui.

Similis primo obtutu videtur condicio esse comm. ep. 11. Extitit quidem in fonte codicum *Va Vo*, qui eam cum epistulis aestatis a. 358 inter ep. 350 et 351 praebent, at in archetypo non fuit; deest enim in corpore codicis *V*, qui eam in mutuis tantum sub num. *κ'* fol. 435ᵛ praebet, et in aliis codicibus. Neque consilio epistula intercalata est, sed casu nescio quo irrepsit in codicem, e quo *Va Vo* fluxerunt, similiter atque comm. ep. 4 inter 195 et 618 cod. Basileensis F VIII 4 (cf. infra sub n. 300) et ep. 501. 647 inter ep. 1 et 563 cod. Vatic. 943 (cf. infra sub n. 375). Ad Basilium Magnum, ut opinatur Seeckius 347, a Libanio data esse non potest. Qui enim eam scripsit, non erat praeceptor eius,

Digitized by Google — Original from PENN STATE
Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT / https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized

ad quem scripsit, ut Libanius Basilii, sed auditor. Cf. verba *ἐγὼ γὰρ—θυγατέρων* XI 584, 13—585, 2. Quin etiam dicit se aliquando voluisse ab eo sacris poeseos Homericae initiari *πολλάκις—εἰσελθεῖν* XI 586, 6—8. Quod quo pacto putabimus cadere in Libanium et Basilium Magnum qui quid de carminibus Homericis iudicaverit indicavit ep. 147 *μῦθον ἐνόμιζον τέως τὰ τοῦ Ὁμήρου, ὅτε ἐπῄειν αὐτοῦ τὸ ἕτερον μέρος τῆς ποιήσεως ... ἀλλ' ἐκεῖνα τὰ μυθικὰ τέως καὶ ἄπιστα πάνυ ἡμᾶς πιθανὰ νομίζειν ἐδίδαξεν ἡ περὶ πὸν πάντα ἄριστον Μάξιμον προπέτεια*: allegoricae interpretationis nec vola nec vestigium. Quo porro pacto Libanius cum Basilio Magno saepe *ἐν Στρατηγίου* Antiochiae conversari potuit? Denique quo modo explicabis Libanium a. 358 ad Basilium scripsisse verba *μᾶλλον ὅτι—ἠρξάμην* (XI 584, 11 sq.), postquam iam a. 356 antecessit ep. 501? Quod Seeckius 31 dicit: „Wenn der Briefwechsel volle 2 Jahre unterbrochen war, so ist es ganz natürlich, daß sein Wiederbeginn den Charakter einer neuen Eröffnung hat", hoc est non interpretari, sed obtrudere aliquid, et refutatur verbis *τὸν οὖν—ἐπιστέλλειν* (XI 585, 4—6).

Sed ne quis hanc quoque epistulam a Libanio quidem, sed ad Basilium diversum a Basilio ep. 501 et 647 scriptam esse opinetur, et argumentum et dictio plane cum reliquis mutuis conveniens obloquuntur. Cardo huius aeque atque illarum epistularum in Basilii prae Libanio cum universa tum in epistulis conscribendis praestantia celebranda vertitur et magis adulatio est quam veteris illius amicitiae vinculum, quod in ep. 501 et 647 apparet. Sed etiam in dictione sunt, quae a Libanio recedere mihi videantur. Pasqualius quidem quod fusius dicendi genus in hac epistula rimatus esse sibi visus est, vellem documenta protulisset. Neque audiendus est Laubius, cum Libanium *χάριν αἰτεῖν*, non ut in hac est epistula, *ἐπαγγέλλειν* dixisse contendat. Nam ut praetermittam quam ipse citavit perperam ep. 404, *ἐπαγγέλλειν χάριν* dixit Libanius ep. 693. 838. 1185. 1291. 1339 et poscendi vim habet *ἐπαγγέλλειν* etiam t. I 102, 11; II 293, 4; 358, 13; 438, 18; 487, 10; 550, 5; III 296, 7; V 535, 8. Quod vero legitur

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT / https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized
Digitized by Google
Original from PENN STATE

οὗτος ἀνὴρ—θυγατέρων XI 585, 1 sq., ab elegantia Libaniana abhorret multoque fines excedit eius, quod de Iuliano dixit Libanius ep. 797 *καὶ γάρ ἐστι Σειρήν*, etsi hic locus auctori ansam ad suam dictionem praebuisse potest, similiter atque locus ep. 1540 *Ἡσίοδος ὃς ἐν τῷ κλάδῳ τὴν μανίαν εἰλήφει* (XI 559, 7)[1]) ad dictionem *τῆς Ὁμήρου μανίας* verbaque *πολλάκις ἐν Στρατηγίου σοι συγγενόμενος* ex ep. 552 (X 516, 7) *ἤκουσα δὲ ἐν Στρατηγίου λέγοντος αὐτοῦ* fluxisse possunt. Neque diversa haec est ratio ab ea, quam in aliis fingendis adhibitam videmus. Pars enim tantum harum libere ficta est, pars vestigia tenuit epistularum superstitum atque inter has etiam Libanianarum. Quarum luculentissimum exemplum est comm. ep. 9. Reddit enim haec Libanii ad Iulianum epistulam 760, qua is huius ep. 3 (ed. Hertl.) responderat[2]), ad Basilium translatis, quae ille de Iuliano, et demptis, quae de Prisco scripserat. Neque unquam Seeckius 33 ad hanc authentiae epistulae defendendi viam descendere debebat, ut idem a Libanio ad Iulianum et ad Basilium scribi potuisse diceret. Nam ut omittam talem sui repetitionem a Libanio alienam fuisse, hic aperte verba Iuliani ipsa respicit atque e parte repetit; a Basilio vero haec aliena sunt. Unicus autem locus quo comm. ep. 9 ab altera recessit, fictorem prodit. Quod est apud Libanium *πηγαὶ κρείττους ἢ δεῖσθαι ἐπιρροῆς*, mutans in *πηγαὶ κρείσσους ναμάτων ἐπιρροῆς* non solum elegantiam dictionis temeravit, sed etiam *κρείττους*, non *κρείσσους* dicere consuevisse Libanium oblitus est. Quod vero comm. ep. 9 deest in sylloga mutuarum codicis *V*, nisi casu excidit, id quod e brevitate facile explicatur, inde factum esse potuit, quod auctor corporis hanc epistulam iam supra deprehendisse sibi visus est. Eadem ratione auctor epistularum mutuarum etiam aliorum epistulas suas fecit, ut Stagirii sophistae epistulam et Gregorii episcopi ad hanc responsoriam a Maasio e codice Patmiaco 706 in Relat. acad. Berol. 1912, 993 sq. publicatam

---

1) Cf. etiam t. II 418, 13 *μανίᾳ ποιητῶν*.
2) Cf. supra p.—n. 185.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT / https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized
Digitized by Google Original from PENN STATE

in Libanii comm. ep. 13 et Basilii responso 14. Nam et hic tenorem quidem epistularum servavit demptis, quae ad rem facere non viderentur[1]), paucisque in dictione mutatis. Inter haec autem sunt, quae plane ab usu Libaniano recedant, ut *ἔξαρνον*[2]) *στῆναι πρὸς τὴν αἴτησιν* pro eo, quod est apud Stagirium *ἰσχυρῶς ἐνστῆναι πρὸς τὴν αἴτησιν*[3]).

Aequa intercedit ratio inter comm. ep. 8 Basilii personati et Gregorii episcopi epistulam cod. Patmiaco servatam et a Maasio l. l. 994 publicatam[4]). Finem illius praetermisit, in reliquis paucissima mutavit. Iniuria Seeckius 469 epistulam hanc comm. ep. 7 respondere contendit, nam in hac frustra *τὸ ἔαρ τῆς εὐγλωττίας*, frustra *ἀκάνθας* quaeres.

Aliae maiorem libertatem ostendunt. Extremis tantum lineamentis formam ep 14 Iuliani ad Libanium datae reddit comm. ep. 19 Basilii, ut vidit Maasius 1122. Cf. Iuliani verba *ἀνέγνων χθὲς*[5]) *τὸν λόγον* et *μακάριος εἶ λέγειν οὕτω, μᾶλλον δὲ φρονεῖν οὕτω δυνάμενος. ὢ λόγος, ὢ φρένες, ὢ σύνθεσις, ὢ διαίρεσις, ὢ ἐπιχειρήματα κτλ.* cum comm ep. 19.

Neque casu factum esse potest, quod comm. ep. 15 et 16 iisdem verbis incipiunt atque Libanii ep. 590 et quae illam in *V* sequitur 592; sed ep. 16 etiam aliarum imitationum plena est. Cf. verba ep. 16 *σὺ δὲ σκῶπτε—σπουδάζων* (XI 590, 10—591, 1) cum verbis Gregorii Naz. in initio ep. 4 ad Basilium *σὺ μὲν σκῶπτε καὶ διάσυρε τὰ ἡμέτερα εἴτε*

---

1) Opinio contraria Markowskii, Berl Phil. W 1918, 1152 et Laubii 44, secundum quam epistulae codicis Patmiaci ad exemplar mutuarum compositae sunt, difficultates praebet inexplicabiles.

2) Vox *ἔξαρνος* ab usu Libanii aliena est. De frgm. 84 cf. supra p 186 n. 264.

3) Maasius in textu epistularum Stagirii Gregoriique constituendo multis locis lectionem cod. Patmiaci iniuria sprevit prae mutuis, velut tenenda erant in Stagirii epistula *παρελήλυθας τοὺς ἄλλους, εἶπεν ἄλλος σοφιστὴς μᾶλλον ἢ χάρακας, ἐγκαλλωπιζόμενος τοῖς ῥηματίοις, δοίης*, in Gregorii *ἀποχαρακούμενοι δὲ ἐπιστολιμαίας δυνάμεως, ἐποίησε, δοθῆναι.*

4) Vel hic Maasius debebat a textu exulare iubere *τινα*, quod aeque a Reginensi abest.

5) Iniuria Hercher *σου* inseruit.

παίζων εἴτε σπουδάζων: intelleges, quantum a vero aberraverit Maasius 1116, cum verba illa pro nota marginali lectoris habuit; vel verba *ἐμφωλεύοντα—προκύπτειν* (591,6 sq.) cum Basilii ep. 48 *ὡς μηδὲ τὸ μικρότατον προκύπτειν τῶν δωματίων ἀνέχεσθαι*[1]) et *ὡς . . δύο μῆνας ἤδη ταῖς καταδύσεσιν ἐμφωλεύειν*. Non minus ep. 15 locutio *τῶν Μουσῶν σηκὸς* quam verba *ἐξακριβάζω* et *μεταμφιάζειν* a Libanio aliena sunt[2]).

Reliquae epistulae imitationis quidem vestigiis carent, sed non minus certa suppositionis indicia exhibent. Vel enim genus dicendi incompositum imprimisque fusum, quin etiam nonnusquam rude in iis conspicitur, quod non modo cum Libanio, sed ne cum Basilio quidem conveniat, velut comm. ep. 2 *πολλῶν δὲ ἐπαίνων — γράμμασι* (XI 574, 15—17), ep. 3 *ἄξιον τῶν τε—λόγοις* (576, 8 sq.), ep. 4 *τὰ γράμματα—δείξων* (577, 13 sq.), ep. 5 *ὅμοιον — ἐναβρύνεσθαι* (578, 10—12), ep. 6 *οὐδεμίαν—ἐξερρυηκότων* (580, 6—9); vel in singulis locutionibus ab usu utriusque auctoris recedunt, velut comm. ep. 1 *τοὺς ἑκάστοτε πειθομένους παραπέμπομαί σοι* et *ἑαυτοῦ ἕνεκεν σπουδασθήσεται* et *κἀμοὶ εἰς τὴν ἄκραν φιλίαν ἥρμοσται*, ep. 7 *ἐν πολλοῖς ἡλίοις*, ep. 17 *στρατιωτικοῖς καταλόγοις ἐμπρέπων*, ep. 20 *βαδίζειν μετὰ σοβαροῦ τοῦ βαδίσματος*, quod fines exempli, Thuc. V 70, longe excedit. In comm. ep. 21 non solum verbum *διοδεύειν* apparet, quod Libanius vitavit[3]), sed etiam dictio *Σουσαρίων ὁ τὰ πάντα ἐπιστάμενος* prorsus ab eo absona. Et quomodo, ut etiam epistulas, quae postea corpusculo succreverunt, in quaestionem vocemus, Libanius comm. ep. 23

1) Parum recte Krabinger, Bull. d. Bayr. Akad. d. Wiss. 1850 n. 36 col. 281 de locis Alciphronis ep. I 23 et III 30 ut exemplis cogitavit.

2) Optativi vero usus in *μεταμφιάσω—περιστεραί* (XI 590, 3 sq.), qui Maasio 1115 offensioni erat, normae Libanianae convenit. Pro forma vero soloeca *ἐπανάξῃ*, quam idem cum Marano et Wolfio in textu ep. 16 Basilii reliquit, indicativus futuri *ἐπανάξει* (XI 591, 9), qui haud raro cum optativo (*ἐπιλάβοι*) connectitur, e libris reponendus est.

3) Ethop. 20 (VIII 420, 15) subditicia est.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT / Public Domain in the United States, Google-digitized
https://hdl.handle.net/2027/pst.000007761093
Digitized by Google
Original from PENN STATE

litteras suas quibus luserat *τῆς φιλοσοφίας τὸ γνώρισμα* appellare potuit? Sub initium comm. ep. 7 *λύπη* idem significat atque *ὀργή*, quam usurpavit Theophylactus Simocatta in initio ep. 28[1]), quod nusquam apud Libanium. Ibidem (XI 581, 14 sq.) aperte respicit locum Novi Testamenti (Paul. ep. ad Ephes. 4, 26), cuius rei exempla apud Libanium frustra quaeres, etsi secus sensit Sieversius 15 not. 33. Cf. M. Schwabe, Anal. Libaniana 58 not. 1.

Vel in rebus errant, ut comm. ep. 4 Alypium Hieroclis non, qui erat secundum ep. 324. 1395 filium, sed nepotem dicit. Quod ep. 4 et 6 Basilium multos Cappadoces Libanio erudiendos misisse contendit, cum Lib. t. IV 360, 9 de parvo numero discipulorum illinc ad ipsum congressorum loquente pugnat. Cf. Laube 37. Vel Libanium loquentem faciunt, quae neutiquam ille loqui potuit, velut comm. ep. 2, postquam quaesivit *τί νῦν—παῖδας*; (XI 574, 5—8) pergit haec reprehendendo et Basilium ut dei cultorem praedicando verbis *ὡς δὲ—πολίτην* (ib. lin. 8—13). Et finge aliquantisper Libanium dicere potuisse, quod extat ep. 4 *ἐν κάλλει—κεκράτηκε* (577, 8 sq.) vel ep. 12 *εἰ μέν τι—φιλίαν* (587, 3—5), nunquam declamationem *δυσκόλου γήμαντος λάλον γυναῖκα* (VI 494 sq.) plausu omnium exceptam mittens Basilio scripsisset se sudore manare atque tremere illius iudicium exspectantem vel se cum culice, Basilium cum elephanto comparasset, ut fit comm. ep. 18, ac ne suum quidem aliorumque iudicium a Basilio suspensum fecisset, ut fit ep. 20 (593, 15—594, 2). Quas epistulas cum Seeckius genuinas habuit, penetralia animae Libanii se non intrasse ostendit: multa in his aeque atque in reliquis mutuis inesse, quae cum epistulis vere Libanianis conveniant, cum Seeckio 34 pro authentia afferre non licet. Nonne idem in epistulis latinis observatur, quas a Franc. Zambicario suppositas esse Seeckius 471 concessit?

Non solum Markowskius et Laubius, sed etiam Maasius

---

1) Male Hercher e Laurent. 86, 8 *οὔπω με τῆς ὀργῆς ἀφῆκας* scripsit.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT / Public Domain in the United States, Google-digitized https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093
Digitized by Google Original from PENN STATE

et Pasqualius comm. ep. 17—22 suppositas esse agnoverunt. Sed ne Basilium quidem Magnum unquam Libanio scripturum fuisse mihi persuasi, quod personatus comm. ep. 10 *τὸ μὴ συνεχῶς—ἀμαθία* (583, 17 sq.), in qua etiam circumlocutio pronominis personalis *τὴν σὴν παίδευσιν* a Libanio aliena est, vel, ut iterum epistulam quae succrevit tangam, ep. 22 *τί γὰρ ἂν—φιλῶ;* (595, 7—9).

Denique ne consilium quidem, quo haec epistularum mutuarum sylloga (1—21) ficta est, latet. Auctor eius vestigiis insistens orationis Basilii *πρὸς τοὺς νέους ὅπως ἂν ἐξ Ἑλληνικῶν ὠφελοῖντο λόγων*, quae etiam in nonnullis codicibus, velut Laur. LXX 13, Paris. 2755, Vatic. 1534 succedit, ut eloquentiam christianam Basilii ab ethnica Libanii, si radices quaerantur, non diversam, sed parem, quin etiam superiorem esse ostenderet, non solum artam inter utrumque virum litterarum communionem amicitiamque fuisse, sed etiam a Libanio ipso palmam facundiae Basilio concessam esse finxit[1]). Postquam vero sylloga, ut loci vitae Severi Antiocheni a Zacharia scholastico conscriptae et Theophylacti Simocattae supra p. 197 laudati docent, in gratiam venit christianorum eloquentiae studiosorum, facile fieri potuit, ut incrementa caperet. Ita non solum Libanianae ep. 501. 647 immixtae sunt, sed etiam novae succreverunt ep. 22. 23, aliae. Quarum ultima 26 etiam recentissima videtur. Nam in gyro quidem amicitiae affirmatae atque adulationis perseveravit, artem vero ne reliquarum quidem epistularum corpusculi aequavit. Basilius enim personatus sese quidem cum cera, Libanium cum sole comparat, imaginem vero de Icari alis sumptam persequi nescit.

Ac primarium quidem corpusculum complexum est epistulas 1—21. Quod primum per se constitisse, tum collectionibus epistularum Basilianarum, aliquanto post

1) Similis consilii in epistularum inter Senecam et Paulum mutuarum figmento apparentis meminisse iuvat, quod et ipsum paulatim incrementa cepisse probabile est.

Digitized by Google

Original from PENN STATE

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT / https://hdl.handle.net/2027/pst.000007761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized

etiam Libanianarum annexam pedetemptimque insertam esse cum per se quidem probabile est tum vestigiis codicum superstitum confirmatur. Quamquam hoc non ita accipiendum est, ut codices, qui corpusculum per se constans et peculiari inscriptione insignitum exhibent, vetustissimam memoriam reddant. Nam sunt fere aetatis recentioris tantumque abest, ut ex ipso illo corpusculo primigenio profecti sint, ut ad codices alterius generis, id est epistularum vel Basilianarum vel Libanianarum collectiones, redeant. Immo vero codices, qui epistulas corpusculi epistulis Basilii immixtas exhibent, non solum aetate, sed etiam fide ceteros superant, ut e lectionibus cum exemplaribus Gregorii et Stagirii, quae auctor epistularum secutus est, concinentibus elucet.

Itaque ab his initium est faciendum. Agmen vero eorum ducit codex singulari lectionum praestantia insignis

615 292. Vaticanus Reginensis gr. 18 (= Reg) membr. formae folii secundum subscriptionem fol. 250 *ἐτελειώθη ἡ δέλτος | αὕτη σὺν τῇ ἑτέρα ταύ|της δευτέρα βίβλω διὰ | χειρὸς θεοδώρου* $\overset{\chi}{\alpha}$ (i. e. *μονάχου*) | *μηνὶ φευρ* $\overline{\iota\gamma}$ $\overset{\delta}{\iota\nu}$ *ια ἔτους ,αφπα* a. 1073 a Theodoro Monacho[1]) duabus columnis exaratus, qui continet Basilii opera (homilias) atque inter haec post *πρὸς τὴν ὁμόζυγον νεκταρίου παραμυθητικὸς* fol. 223—230 inscriptione privas, sed signis *λο´* (i. e. *λόγος*) *λθ—νθ´* insignitas epistulas 21 mutuas: 1—12. 15—21. 13. 14. Succedit numero *ξ´* insignita *τοῦ αὐτοῦ ἐπιστολὴ περὶ τελειότητος βίου μοναδικοῦ*. Correctus est manibus duabus, quarum prior (= m²) primae proxima atramento pallido, altera (= m³) nigro usa est. Proxime omnium codicum ab archetypo stat, id quod potissimum ex ep. 8 et 13 apparet; nam in his unus omnium multis locis cum Gregorii epistula consentit, quam auctor figmenti exemplaris loco secutus est. In ep. 8 *πρὸς αὐτὰς* ante *τὰς* et *τινα* ante *κνίσματα* aeque ab eo atque a Gregorio recte absunt, quae reliqui ad communem fontem redeuntes inseruerunt, et *τοῦ ἄνθους ἡ φύσις τὰς λεπτὰς ἐκείνας ἀκάνθας* cum Gregorio praebet, quod illi

1) Vogel-Gardthausen 140.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT / Public Domain in the United States, Google-digitized https://hdl.handle.net/2027/pst.000007761093
Digitized by Google Original from PENN STATE

in *τὰς λεπτὰς ἐκείνας ἀκάνθας ἡ φύσις τῷ ἄνθει* mutaverunt. Duobus locis ipse mutavit: *δεῖ* in *χρή* et *εἶχε* in *ἡμῖν ἔφερε*. In ep. 14 unus verba *μοι σώους*, quae sunt Gregorii, servavit et *δίος*, quod est Gregorii, paene integrum (*διὸς*) praebet, cum reliqui vel in *δ'* vel in *ἀλφαῖος* vel, ut Harlaeanus, in *εὐστάθιος* corruperint vel praetermiserint. Idem in reliquis epistulis apparet. Non desunt quidem in Reg. lectiones e mutandi studio vel oscitantia ortae, sed paucae sunt prae numero genuinarum. Bormannus egoque contulimus.

Easdem 21 epistulas exhibet collectio epistularum Basilii inscripta *ἐπιστολαὶ τοῦ μεγάλου βασιλείου*, quam continet codex

293. Vindobonensis theol. CXLII[1]) (= Vin) membr. 616
formae quart. mai. sc. XI, olim Sebastiani Tengnagel I. U. D. et Caes. Bibliothecarii, fol. 39—44ᵛ sub. num. *να—νθ'*. Sed ordo a Reginensi hac re distat, quod ep. 13. 14 pariter atque in Aldina inter ep. 12 et 15 comparent. Antecedit sub *ν'* Basil. ep. 25, succedit sub *ξ'* ep. 197. Et epistulae 12 Libanianae singularem exhibent numerationem manu librarii additam *α—ιβ'*. Contuli.

Easdem quas Vindobonensis exhibet epistulas codex

294. Parisinus Coislinianus 237 membr. sc. XI, olim 617
τοῦ Μετεώρου, Coislinianus primus Marani, collatus a Garnerio[2]) in usum editionis, qui continet 351 epistulas.

Eidem videntur classi tribuendi codices:

295. Laurentianus IV 14[3]) qui continet Basilii epistulas 344 fol. 86ʳ—360ᵛ[4]).

296. Marcianus gr. 79[5]) sc. XII, qui continet Basilii epistulas 338[6]);

297. Parisinus gr. 506 membr. sc. XI, olim Mazarinaeus, 618
deinde Regius 2293, Regius primus Marani, qui continet Basilii 272 epistulas;

---

1) Est LXXV apud Lambecium, Comment. de bibl. Caes. Vindob. t. III 141.

2) Montfaucon, Bibl. Coislin. p. 297. 3) Supra p. 189 n. 270.

4) Bandini Catalog. t. I 539. Przychocki, Wiener Stud. 33, 251.

5) Supra p. 189 n. 271. 6) Zanettii Catalog. t. I 55.

619 298. Marcianus gr. 61 membr. formae quart. sc. XI, qui continet 274 epistulas[1]);

620 299 Coislinianus secundus Marani quem is in praefatione editionis tomi III p. CXCII numerum 288 gessisse et epistulas 328 continuisse dicit. At is codex teste catalogo Montefalconii nihil Basilii continet neque is alium epistularum Basilii codicem appellavit neque hodie alius Coislinianus in bibliothecis Parisina et Petropolitana extat. Videtur igitur post a. 1715, quo catalogus Montefalconii editus est, bibliothecam Coislinianam intrasse, sed incendio illo diei 19. Aug. a. 1794, quo bibliotheca congregationis S. Germani in Pratis vastata est, periisse.

621 300. Parisinus gr. 971 chart. sc. XVI, olim Regius 2897, Regius secundus Marani, qui continet Basilii 334 epistulas.

Primae tantum novem epistulae 1—9 insertae sunt syllogae epistularum 340 Basilianarum inscriptae *ἐπιστολαὶ τοῦ ἁγίου βασιλείου ἐπισκόπου καισαρείας καππαδοκίας*, quas praebet codex

622 301. Vaticanus gr. 434 chart. formae quart. sc. XIII fol. 18^v—19^v. Inspexi.

Septem tantum epistulas inter electas Basilianas praebet codex

623 302. Berolinensis gr. 214 chart. sc. XVI, antea Claromontanus, deinceps Meermannianus 365, Phillipsicus 1617, miscell. fol. 323—330. Inscriptae sunt *ἐκ τῶν ἐπιστολῶν τοῦ ἁγίου βασιλείου*. Primae *δ'* (= 9 Mar.) et secundae *ιθ'* (= 334) succedunt sub num. *κδ—λ'* comm. ep. 3—9, sub *πδ'* Basilii ep. 54 Mar., cui succedit particula ep. 93[2]). Ut e lectionibus ep. 8 apparet[3]), in lectionibus tantopere cum Reginensi concinit, ut ad hunc ipsum vel saltem codicem huius familiae redire dicendus sit.

---

1) Zanettii Catalog. I 42.
2) Catal. Studemundi et Cohnii p. 93.
3) Quas P. Maas, Relat. acad. Berol. 1912, 922 coniectura librarii inventas esse perperam opinatus est.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT / Public Domain in the United States, Google-digitized
https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093
Digitized by Google
Original from PENN STATE

Item huc referendus est codex

303. Vaticanus gr. 869 chart. form. sext. dec. sc. XV, 624
qui post Gregorii Naz. epistulas continet fol. 130^{v}—178
epistulas Basilii inscriptas *ἐπιστολαὶ τοῦ μεγάλου βασιλείου πρὸς τὸν βασίλειο* (sic) atque inter has inde a fol. 138 comm. ep. 1. 2. 4—6. Succedit similiter atque in Laurent. LIX 30 et Paris. 2991 A (infra sub n. 365 et 332) fol. 146^{v} Gregorii Naz. ep. 236. Inspexi.

Unam denique epistulam teste catalogo Vladimiri inter Basilianas continet codex

304. Mosquensis 258 formae quart. sc. XVII fol. 132^{v} 625
sub *ρν'* inscriptam *Λιβάνιος βασιλείῳ* (= comm. ep. 9).

Non insertae, sed praemissae sunt ordine, quo in Vindobonensi aeque atque apud Maranum Wolfiumque se excipiunt, ep. 1—21 eclogae epistularum Basilii, quam praebet codex

305. Ambrosianus E 32 sup., olim T 28 (279) chart 626
sc. XVI fol. 100—111^{r}. Cf. catal. Martinii et Bassii p. 310.

Sed etiam eius codicum generis, quod corpusculum primigenium 21 epistulis comprehensum Libanianarum epistularum eclogae agglutinatum exhibet, quamvis pauci supersunt testes. Quo in numero habendus est

306. Parisinus gr. 1760 sc. XV, fol. 263—267^{v} qui exhibet comm. ep. 1—6. 8—21. Cf. supra p. 147 n. 144. Inspexi.

Huc referendus videtur etiam codex, qui partem tantum priorem corpusculi eclogae epistularum Libanianarum annexam exhibet

307. Ambrosianus L 44 sup. (482)[1]) sc. XIV/XV, in quo 8 epistulis Libanianis succedunt fol. 35—36^{v} ep. 1—10, quarum prima inscripta est *τοῦ ἁγίου βασιλείου πρὸς λιβάνιον.*

Easdem ep. 1—10 exhibet codex

308. Baroccianus 131 bomb. formae quart. mai. sc. XIV 627

---

1) Supra p. 144 n. 135.

fol. 296 et 297 inscriptas *ἐκ τῶν ἐπιστολῶν τοῦ μεγάλου βασιλείου μονομερὴς ἔκθεσις: βασίλειος λιβανίῳ· αἰσχύνομαί σοι κτλ.* et intermissis nonnullis epistulis Gregorii Naz. (*ἐπιστολαὶ τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν γρηγορίου τοῦ θεολόγου*) fol. 299^{v} additae sunt comm. ep. 12—14. Inspexi.

Sex tantum ex his epistulis reliquiis collectionis Lacapenianae (fol. 89—91^{r}) succedunt in ecloga, quam praebet codex

309. Parisinus gr. 3002[1]) sc. XV fol. 102—104^{r}, quarum prima inscripta *λίβάνιος* (sic) *ὁ ῥήτωρ* (sic). *τῶ μεγάλω βασιλείω* est comm. ep. 2, sequuntur 5. 6. 8—10 et intermissis fol. 104^{v}—107 *γρηγορίου τοῦ θεολόγου· ἡμῖν ἀεὶ καὶ ἀπὼν* et Liban. ep. 19. 379. 1220 denique fol. 109 comm. ep. 11 et Basilii ep. 115. Mea causa excerpsit Fr. Kuhn.

Item sex tantum, sed alias ex his epistulis continet codex

628 310. Brixianus bibliothecae Quirinianae A. IV 13[2]) chart. formae folii miscell. sc. XV scriptus, ut videtur, manu eadem Danielis Caietani Cremonensis, qui Utini anno 1497 exaravit[3]) antecendentem (fol. 2) *κυροῦ ματθαίου τοῦ καμαριώτου ἐπιτομὴν εἰς τὴν ῥητορικήν* testibus inscriptione fol. 1: *Istud compendium rhetorices domini Matthaei Camarioti Constantinopolitani scriptum fuit per me danielem Cajetanum Cremonensem 1497 die penultimo Septembris quo tempore Utini publice profitebar Salario aureorum centum* et subscriptione *ὁ δανιῆλος ἔγραψε καὶ ἐτέλεσε ἡμέρᾳ ἁγίου τοῦ μαρτίνου·* In fine codicis fol. 102^{v}—105 singulari inscriptione privae extant comm. ep. 3. 5. 8. 4. 6. 7. Inspexi.

Quattuor ex his epistulis in fronte (fol. 1—3^{r}) extant eclogae epistularum Libanianarum, quam exhibet codex

311. Parisinus gr. 3021[4]) sc. XV pag. 1—77, quarum prima (= 4) inscripta est *λιβανίου σοφιστοῦ πρὸς τὸν μέγαν βασίλειον*. Sequuntur 5. 6. 8 atque has epistulae Synesii aliorumque. Inspexi.

---

1) Supra p. 147 n. 143.

2) Martini, Catalogo di manoscritti greci delle bibl. Italiane II p. 255 sq.

3) M. Vogel—Gardthausen 98.

4) Supra p. 126 n. 98.

Item quattuor ex his, sed aliae sequuntur Libanii ep. 1134 in codice

312. Hierosolymitano bibliothecae patriarchalis Sabbaitico 198[1]) fol. 325ᵛ—326ᵛ inscriptae *ἐπιστολαὶ τοῦ μεγάλου βασιλείου, πρὸς λιβάνιον σοφιστὴν. καὶ λιβανίου πρὸς τὸν μέγαν βασίλειον*: comm. ep. 1. 15—17, sed haec cum fol. 326 desinit verbis *λιβάνιον ἀγωνιζόμενον* (XI 592, 2) Inspexi.

Tres ep. 18. 10. 19 immixtas eclogae epistularum Libanii fol. 93ᵛ—96 comprehensas exhibet codex

313. Hierosolymitanus S. Sepulcri 405 sc. XIV exeunt., de quibus cf. supra p. 153 n. 163.

Duas, 20 et 18, eclogae Libanianarum intermixtas exhibet codex

314. Vaticanus Palatinus gr. 149[2]) sc. XV, qui continet in ecloga epistularum Libanii sub num. 282 comm. ep. 20 et sub n. 290 comm. ep. 18 Inspexi.

Quarum prior (20) inscripta *τῷ βασιλείῳ μεγάλῳ* intermixta est syllogae epistularum Libanii, quam servaverunt duo codices sc. XV

315. Vindobonensis phil. gr. LXXII (= Vi)[3]), et

316. Lincopiensis Meursianus Benzelianus A[4]) inter 883 et 330 sub num. *κθ'*,

quique ex hoc sc. XVII descriptus est

317. Benzelianus B Obrechtianus[5]).

Aliam eclogae epistularum Libanianarum intermixtam exhibet codex

318. Arundelianus 517[6]) sc. XV, qui continet fol. 58 inter Libanii ep. *κ'* (= 754) et *κβ'* (= 1236) sub *κα'* comm. ep. 9. Inspexi.

Quam ex hoc codice transscripsit Patricius Iunius codice

319. Cantabrigiensi Collegii Trinitatis O. 2. 54[7])

---

1) Supra p. 183 n. 245.
2) Supra p. 115 n. 81. 3) Supra p. 112 n. 77.
4) Supra p. 113 n. 78. 5) Supra p. 114 n. 79.
6) Supra p. 150 n. 154 et p. 182 n. 240.
7) Supra p. 151 n. 157 et p. 183 n. 241.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT / https://hdl.handle.net/2027/pst.000007761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized
Digitized by Google
Original from PENN STATE

fol. 1 teste inscriptione *Ex cod. Arund. M^o^s Βασιλείω τῷ κῷ μεγάλω*. Inspexi.

Prima (1) et ultima (21) epistula corporis primigenii etiam pro exemplis in usum scholarum electae sunt in tractatu *περὶ ἐπιστολικῶν τύπων*, quem continet codex

629 320. Constantinopolitanus S. Sepulcri 547[1]) chart. formae quart. sc. XVII. Qui incipit verbis *ἐπιστολή ἐστιν ἀπόντος πρὸς ἀπόντα διάλεξις*[2]), duae vero epistulae sequuntur inter exempla *ἐπαινετικοῦ χαρακτῆρος* et *συστατικοῦ τύπου* fol. 5 et 18^v. Inspexi.

Denique mentio brevis inicienda est nonnullorum codicum, qui singulas tantum vel binas continent epistulas, vix ut disceptandum sit, cui classi sint tribuendi, sed nullam, quae extra corpusculum primigenium sedem habuerit. Cuius generis sunt:

630 321. Ambrosianus C 11 sup. (169)[3]) olim T 203, chart. (21 × 14, 3 c.) sc. XVI qui continet comm. ep. 1 et 2, sed hanc iam verbis *ἐπανήκοντος δέ σου* (XI 574, 4) desinentem.

In eclogam epistularum Libanii, quae ad Σ redit, codicis

322. Basileensis F VIII 4[4]) (= Bas) sc. XV fol. 150 inter 195 et 618 inserta est comm. ep. 4 mendis scatens. Contuli.

631 323. Vaticanus Ottobonianus gr. 63 membr. (276 × 205 mm) post homilias Gregorii Theologi in folio ultimo (283^v) manu recenti exaratam continet comm. ep. 15.

Alia res est in nonnullis codicibus adhuc parum perquisitis, ut dici haud queat, quasnam contineant epistulas. Horum est

632 324. Athous Iberon 165 chart. formae quart. mai. sc. XV miscell., quem fol. 229 et 230 tres epistulas mutuas Li-

1) Hunc codicem olim vidit et commemoravit Bethmannus in Pertzii Archivo IX 647, cuius descriptionem repetivit Papadopulus Kerameus t. IV 437. Descriptio *ἔαρος* legitur fol. 45.
2) Cf. codicem Constant. S. Sepulcri 542 infra sub n. 330 descriptum.
3) Cf Martinii et Bassii catal. p. 180.
4) Supra p. 98 n. 58.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT / https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized
Digitized by Google
Original from PENN STATE

banii et Basilii continere dixit Lambros[1]). Possunt, ut paucis defungar, esse 12—20, quae in codice Hierosolymitano S. Sepulcri 405[2]) extant, possunt vero etiam esse 501. 647. 11 de quibus infra sub n. 377 sqq. agetur.

Idem vir doctus[3]) codicem

325. Athoum Constamonitu 73 chart. formae oct. sc. 633
XVIII miscell. continere epistulas mutuas Basilii et Libanii satis habuit indicasse. Denique codex

326. Parisinus gr. 364 chart. sc. XIV, olim Maza- 634
rinaeus, miscell. continet teste catalogo Mellotiano Libanii Sophistae et Sancti Basilii epistulas mutuas. Cave tamen ex hac tituli forma concludas codicem esse e genere eorum, qui Libanii nomen priore loco exhibent ut Parisinus gr. 1760. Nihil huic argumento tribuendum esse elucet e verbis, quibus Omontius Inv. t. I p. 38: *S. Basilii et Libanii epistolae mutuae (fol. 211)* eum descripsit.

Quae huic corpusculo primigenio prima succrevit epistula 22 et iam in Basilianarum epistularum syllogas antiquas irrepsit, tamen certam sedem non invenit, sed maxime variavit. Ac primum quidem eam in fine i. e. post comm. ep. 21 invenisse sedem probabile est. Cuius generis est codex

327. Bodleianus Miscellaneus 242[4]) sc. XVI, qui continet fol. 134—142 ep. 1—22 inscriptas *τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν βασιλείου τοῦ μεγάλου ἐπιστολαὶ διάφοροι πρὸς διαφόρους. λιβανίῳ σοφιστῇ.* Sed iam fol. 115 post ep. 1553 inscriptam *λιβάνιος τῷ χρυσοστόμῳ ἰωάννῃ*[5]) antecesserat comm. ep. 22 inscripta *βασίλειο. λιβανίῳ.* Sequuntur Basilii ep. 185 et Gregorii Naz. epistulae. Inspexi.

Ex hoc descriptae sunt *ἐπιστολαὶ ἀμοιβαῖαι βασιλείου τοῦ μεγάλου καὶ λιβανίου τοῦ σοφιστοῦ*, quas exhibet codex

---

1) Lambros, Catalogue of the Greek Manuscripts on Mount Athos t II 44 n. 4285: *Λιβανίου καὶ Βασιλείου τοῦ μεγάλου ἐπιστολαὶ ἀμοιβαῖαι τρεῖς.*

2) Supra p. 211 n. 313. 3) l. l. t. I p. 41 n. 509.

4) Char. epistol. p. 9 n. 22. 5) Supra p. 194 n. 290.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT / Public Domain in the United States, Google-digitized / https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093
Digitized by Google Original from PENN STATE

635 328. Bodleianus Grabii Adversar. 15, quibus succedunt Basilii 306 epistulae. Inspexi.

Eiusdem vero generis atque Bodleianus Misc. 242 fuit etiam codex, e quo fluxit

329. editio Aldina (cf. infra sub n. 416).

Aldinam vel codicem cum hac cognatum pro fundamento habuit codex

636 330. Constantinopolitanus S. Sepulcri 542[1]) (olim 152) chart. formae oct. sc. XVII. Rubricatae sunt ut in Aldina mutuae fol. 41 *ἐπιστολαὶ ἀμοιβαῖαι βασιλείου τοῦ μεγάλου καὶ λιβανίου τοῦ σοφιστοῦ*. Antecedunt vero verba *ἐπιστολή ἐστιν—ἐκπληροῦσα*, quibus definitionem epistulae dat [Lib.] char. epist. p. 27,8—10[2]), epistulae 1 inscriptae *βασίλειος λιβανίῳ συστατική* et 2 *λιβάνιος βασιλείῳ ἀντεπισταλτική*. In reliquarum inscriptionibus deest indicatio generis. Epistulae 22 succedit ut in Aldina Basil. ep. 112 aliaeque Basilii epistulae usque ad 334 et 19 (fol. 58^{v}), epistulae recentiorum (fol. 59—74^{v}), Phalaridis (fol. 75—113), Pythagorae (fol. 113^{v}), *χαρακτῆρες ἐπιστολῶν διάφοροι· προσωπικὸν ἐπιχείρημα α΄ παραινετική· τῶν πανταχόσε — μ΄ μικτή* (fol. 114—125)· *τῷ μεγαλοπρεπεστάτῳ καὶ πανευγενεστάτῳ αὐθέντι ἐξ ἐμοῦ τῷ λογοθέτῃ*[3]). Inspexi.

Item ad Aldinam redit codex bibliothecae universitatis

637 331. Atheniensis *Θ θέσις ΙΘ* donum Pauli Lampros chart. formae quart. sc. XVIII miscell., qui post epistulas Phalarideas (fol. 303—364) et Basilii Gregoriique (fol. 365—411) syllogam mutuarum editionis Aldinae exhibet fol. 412—430^{v} cum versione neograeca et subscriptione *τέλος τῶν ἐπιστολῶν βασιλείου τοῦ μεγάλου καὶ λιβανίου*. Succedit aeque atque in illa Basilii ep. 112. Codex, quem a. 1869 in bibliotheca inspexi, videtur amis-

---

1) Hunc codicem olim vidit et commemoravit Bethmannus in Pertzii Archivo IX 654.

2) Cf. codicem Constant. S. Sepulcri 547 (supra sub n. 320).

3) Weichert. l. l. p. LXII.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT
https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized

Digitized by Google
Original from PENN STATE

sus esse, quoniam in Sakkelionis catalogo Athenis 1892 edito eum non repperi, et multos codices amissos esse Constantinides praefectus bibliothecae in praefatione huius catalogi p. IV asseveravit.

Ultimum locum, i. e. post comm. ep. 20, nacta est ep. 22 etiam in ecloga scholarum in usum facta, quam plures exhibent codices:

332. **Constantinopolitanus S. Sepulcri 556**[1]) chart. 638
formae quart. sc. XVII. Ecloga cum paraphrasi inscripta *ἐκ τῶν τοῦ μεγάλου βασιλείου* comprehendit fol. 80—211 comm. ep. 3—8. 17—20. 22. Antecedunt orationes Isocratis, Catonis disticha, Aesopi fabulae, Basilii et Synesii orationes, Isidori, Phalaridis epistulae (fol. 1—79); succedunt epistulae Basilii, Bruti, Iuliani, Aristotelis, aliorum. Inspexi.

Eiusdem generis est

333. **Hierosolymitanus S. Sepulcri 306** chart. for- 639
mae quart. sc. XVII/XVIII, qui post Isidori Pelusiotae et ante Phalaridis aliorumque epistulas fol. 108v—116 continet eandem eclogam cum paraphrasi interlineari pariter inscriptam *ἐκ τῶν τοῦ μεγάλου βασιλείου*, sed comm. ep. 8 omisit. Succedunt Basilii ep. 12. 13. 330. 332. 44. Inspexi.

Cum hoc Hieros. 306 prorsus concinit inscriptio, numerus, ordo epistularum, quas exhibet cum paraphrasi interlineari

334. **Hierosolymilanus S. Sepulcri 373** chart. for- 640
mae quart. scriptus a. 1786[2]) fol. 80—84. Inspexi.

Ultimum locum ep. 22 habere cave colligas in ecloga, quam praebet codex

335. **Laurentianus LVII 1** chart. miscell. formae quart. 641
sc. XV, qui post Luciani dialogos, Phalaridis et Synesii epistulas inde a fol. 327v praebet mutuas inscriptas *ἐπιστολαὶ ἀμοιβαῖαι λιβανίου πρὸς τὸν μέγαν βασίλειον.* Nam cum Bandinius in Catal. codic. gr. Laurenti-

1) Hunc codicem olim vidit et commemoravit Bethmannus in Pertzii Archivo IX 652.

2) Papadopulus Kerameus, Catal. t. I. 394.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT
https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized
Digitized by Google
Original from PENN STATE

anorum t. II 334, quem quoniam codicem ipse non inspexi unicum auctorem habeo, in hunc modum enumeravit: 1—5. 7. 15—22, non codicis, sed editionis Wolfianae ordinem respexit, ut inde elucet, quod ipse ultimam epistulam (5) ob codicem in fine mutilum in verba *παραχωροῦσι τοῖς παισὶν* (XI 578, 12) desinere addidit.

Inter comm. ep. 12 et 15 locum invenit ep. 22 in ecloga, quam praebet codex

642 336. Mosquensis 437, antea 458 (= Mosq), chart. formae quart. sc. XV, olim *τῶν Ἰβήρων* montis Athoi, postea bibliothecae typographei synodalis 13, qui continet post Ignatii de Andronico monodiam et *στίχους ἐπιτυμβίους εἰς τὴν εἰκόνα αὐτοῦ* fol. 138—142 mutuas rubricatas *ἐπιστολαὶ ἀμοιβαῖαι τοῦ μεγάλου βασιλείου καὶ λιβανίου τοῦ σοφιστοῦ* hoc ordine: 17—20. 3—6. 13. 14. 12. 22. 15. 16. 7. 8. 21. Contulit C. F. Matthaei a. 1777 cum editione Wolfiana et lectiones varias cum notis ad Fr. Jacobsium misit, cuius e possessione deinceps ad Duebnerum et Adertum pervenerunt, qui mihi utendos misit[1]).

Inter comm. ep. 7 et 13 locum invenit ep. 22 in corpusculo, quod praebet in fine codex

337. Vaticanus gr. 83 (= V)[2]) fol. 430—436^r manu^2 sc. XII exaratum, inscriptum *ἐπιστολαὶ ἀμοιβαῖαι τοῦ μεγάλου καὶ σοφοῦ βασιλείου καὶ λιβανίου τοῦ σοφιστοῦ*. Ep. *α—κα′* numeratae hoc ordine se excipiunt: 1—6. 8. 7. 22. 13—21. 10—12. Ep. 9 deest, fortasse quia librarius iam antea eam deprehendisse sibi visus est, quamquam revera de exemplari eius, ep. 760, agitur. Contuli.

Eadem res est in codice e Vatic. 83 descripto

338. Neapolitano III A 12 (215)[3]) sc. XV, qui corpusculum fol. 402^v—407^v praebet. Examinavi.

Inter ep. 20 et 21 sedem habet 22 in corpusculo prope a *V* stante, quod exhibet

1) Supra p. 91 n. 47.
2) Supra p. 52 sqq. n. 1. 3) Supra p. 60 n. 2.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT / Public Domain in the United States, Google-digitized
https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093

Digitized by Google Original from PENN STATE

339. Parisinus gr. 2998[1]) (= P) sc. XIV fol. 322—324 inscriptum ἐπιστολαὶ τοῦ μεγάλου βασιλείου καὶ λιβανίου. Epistulae num. α—κβ' insignitae sunt 1—6. 8. 9. 7. 10—20. 22. 21. Collatione Maasii gratia a P. Friedlaendero facta et ab illo mihi missa usus sum.

Eandem sedem servavit in ecloga 5 epistularum e sylloga codicis Paris. 2998 facta, quam exhibet

340. Vaticanus gr. 847[2]) (22 × 14 c.) miscell., qui continet fol. 274ᵛ—275ʳ manu sc. XV exaratas inscriptione privas comm. ep. 9. 19. 20. 22. 21. Inspexi.

Pariter inter ep. 20 et 21 stat 22 in ecloga, quam subiectam eclogae Libanianarum (fol. 1—103) praebet

341. Vaticanus Palatinus gr. 82[3]) sc. XV fol. 104 inscriptam τ]οῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν βασιλείου τοῦ μεγάλου ἀντηρητικαὶ (sic) ἐπιστολαὶ πρὸς λιβάνιον ἀσεβέστατον φίλον αὐτοῦ ὄντα. Sunt usque ad fol. 110 ep. 7. 8. 1. 15—20. 22. 21. 2—6. 9. 13. 14. 10—12. Inspexi.

Inter ep. 21 et 2 locum nacta est ep. 22 in compluribus codicibus. Qui sunt

342. Neapolitanus III A 14[4]) sc. XIV post Synesii epistulas[5]) fol. 144—148. Prima (17) inscripta est ὁ μέγας βασίλειος λιβανίω τῷ ῥήτορι. Epistulam 4 (fol. 145) sequitur Basilii ep. 334, et epistulae 15 inscriptae ὁ αὐτὸς τῷ αὐτῷ succedit non ep. 16, sed Basil. ep. 333. 332. 2. Inspexi.

Easdem praebet mutuas

343. Salmanticensis universitatis 1—2—18[6]) sc. XIV vel XV, qui inter Synesii et Phalaridis epistulas praebet mutuas 17—20. 7. 1. 3. 4. 21. 22. 2. 5. 6. 8. 10. 13. 14. 11. 15. 16, quibus succedunt Basilii epistulae.

Prope a Neapolitano III A 14 stant, etsi ordo epistularum aliquantulum mutatus et in fine comm. ep. 11, quae ab illo deest, adiecta est, duo codices:

---

1) Cf. t. VI 113 n. 238. 2) Cf. t. VIII 366 n. 294.
3) Supra p. 114 n. 80.
4) In catalogo Cyrilliano est IV A. 14. Cf. supra p. 108 n. 73.
5) Fritz 361. 6) Supra p. 109 n. 74.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT
https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized
Digitized by Google
Original from PENN STATE

643 344. Neapolitanus II E 207 (155) bomb. sc. XIV, olim bibliothecae Augustinensium S. Ioannis ad Carbonariam Neapolitanae[1]), qui post Gregorii Cyprii epistulas fol. 299—301 inscriptione privas exhibet 19 mutuas: 1. 15. 16. 7. 17—22. 2—4. 8—10. 13. 14. 11. Mea gratia excerpsit R. Schoener.

et 345. Vaticanus gr. 926[2]) sc. XV exeunt., qui fol. 96—191 in ecloga epistularum Libanianarum sub n. κϛ—λζ′ mutuas hoc praebet ordine: 1. 15—18. 20—22. 2—4. 6. 9. 13. 10. 12. 11. Inter 22 et 2 autem interposita est non numerata e Rostgaardi apographo ut Libanii edita, revera Basilii ep. 328[3]) (= 1557 W.). Epistulae 11 succedit λη′ (= Lib. ep. 371).

Inter 21 et 13 stat ep. 22 in corpusculo, quod praebet codex

644 346. Lucensis 1427 chart. sc. XVI, olim Lucchesini 139, qui post Phalaridis epistulas, Hesiodi opera, Ignatii fabulas fol. 106—113^{v} continet comm. ep. 1—9. 15—22. 13. 14. 10. 12. 11[4]). Excerpsit mea gratia a. 1897 Iosephus Martini.

Inter ep. 21 et 15 locum invenit ep. 22 in corpusculo, a quo ipso ecloga 267 epistularum Libanianarum incipit, quam praebet codex

347. Laurentianus XXXII 37[5]) (= L) sc. XIV. Sunt 1—6. 8. 9. 17—22. 15. 16. 13. 14. 11. 12. Inspexi et e parte contuli.

Inter 7 et 15 stat ep. 22 in ecloga mutuarum, quam post eclogam 30 epistularum Libanianarum e Lacapeniana factam praebet

348. Parisinus gr. 2661[6]) fol. 199—200^{v}. Sunt 1. 7. 22. 15. 16. 18—21. 10. 9. Inspexi.

---

1) In indice Baffiano (ap. Fabricium—Harles bibl. gr. V 796) est 6.

2) Cf. t. IV 302 n. 143 et supra p. 68 n. 13.

3) Pariter inter Basilii et Libanii mutuas legitur in cod. Aurelianensi 3. Cf. infra n. 392.

4) Festa, Studi Ital. di filol. class. V 223.

5) Supra p. 123 n. 94. 6) Supra p. 142 n. 128.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT
https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized

Digitized by Google Original from PENN STATE

Nec minus diversus est locus quem ep. 22 nacta est inter mutuas immixtas syllogae epistularum Basilianarum. Primam inter eas habet sedem in ecloga 245 epistularum Basilii, quam praebet

349. Baroccianus gr. 121 (= Bar)[1]) sc. XI, qui continet in folio manu sc. XIII suppleto num. ξϑ′ et ο′ insignitas ep. 22 et 9 deinde fol. 81, ultimo quaternionis ι′, sub num. πϑ′, ϙ̄, ϙᾱ ep. 10 (λιβανίω σοφιστή (sic)). 11. 12, fol. 172ᵛ—174 sub num. ρπδ—ρϙβ′ ep. 15—21. 13. 14. Prope igitur stat ab ordine codicis Reginensis. Contuli.

Inter ep. 7 et 13 stat 22 in ecloga, quam praebet

350. Vaticanus gr. 713 bomb. formae quart. mai. sc. 645
XIV, qui continet fol. 1—364 duabus manibus, quarum altera fol. 287 incipit, exaratas inscriptas *ἐπιστολαὶ τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν βασιλείου ἀρχιεπισκόπου καισαρείας καππαδοκίας τοῦ μεγάλου*. Epistulae mutuae fol. 254ᵛ—256 hoc sese ordine excipiunt: 1—6. 8. 7. 22. 13—20. 10. 21. 9. 11. 12. Inspexi.

Sed ne in eo quidem codicum eclogae epistularum Basilianarum genere, cuius proprium est quod mutuae a 7 incipiunt, unam eandemque sedem obtinuit ep. 22.

Quorum una familia mutuas hoc exhibet ordine: 7. 1. 15—20. 22. 21. 2—6. 8. 9. 13. 14. 10—12. Cuius est codex

351. Angelicanus C. 4. 14 (13) (= Ang) membr. for- 646
mae quart. sc. X/XI, olim bibliothecae Sfortianae, deinde Passionei[2]), qui continere quidem dicitur in involucro adverso *Epistolas diversas*, continet revera fol. 1—72 epistulas Basilii atque in harum quidem fronte (fol. 1—11) mutuas. Sequuntur Basilii epistulae, quarum prima 16, secunda 1 est. Fol. 73—77ᵛ extant *ἐπιστολαὶ τοῦ φωτίου ἐπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως* et inde a folio 78 *ἐπιστολαὶ*

1) Supra p. 191 n. 275.

2) Hunc codicem Harles, Introd. in hist. linguae gr. I p. 65[2] commemoravit verbis: *Epistolae Libanii Photii s. Georgii Synesii.* Cf. Fr. Zamb. 140. Allen, Class. Rev. III 348. Piccolomini, Stud. ital. di filol. class. VI 175.

τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου τοῦ θεολόγου. Correctus est manu recenti. In lectionibus in universum cum Monacensi facit, sed fide eo inferior est potissimum propter vocum omissarum frequentiam. Mea gratia a. 1892 inspexit et e parte contulit Hugo Linke.

Ex Angelicano teste inscriptione fol. 1 *Γεώργιος Μπεβαινῆς Νόμπελος τῆς Ἐπιδαύρου... καὶ τοῦτο τὸ βιβλίον ὑπέγραψα εἰς πόλην Τριδεντήνεις* a Georgio Bebaene[1]) descriptus est codex

647 352. Escurialensis T—II—3 (139 in catal. Milleriano) chart. formae folii sc. XVI olim Hurtadi de Mendoza teste inscriptione fol. 1 *ἐστὶ τὸ βιβλίον τοῦτο τοῦ τιμιοτάτου* (sic) *δυνάστου κυρίου Διέγου ουρτάδω δε Μενδότζα πρεσβέως τοῦ αὐτοκράτορος καρόλου* $ε^{ου}$, fol. 1 sq. Mea gratia inspexit Carolus Graux.

Altera familia ordinem mutuarum in hunc mutavit: 7. 1. 15—22. 2—6. 8. 9. 13. 10—12. Cuius est

648 353. Monacensis gr. 497 (= Mon), olim Augustanus, membr. formae quart. sc. XI, qui continet eclogam inscriptam *τοῦ ὡσαληθῶς μεγάλου βασιλείου ἐπιστολαὶ οἷαι θαυμάσιαι πρός τινας τῶν ἑαυτοῦ φίλων* (fol. 1)[2]), cuius prima (α′) est 2, ρϛ′ = ep. 260, ρξα—ρπβ′ fol. 217ᵛ—224 mutuae, ρπγ′ = ep. 38. Contuli.

In ordine epistularum cum Monac. 497 prorsus congruit

649 354. Parisinus gr. 2991 A chart. formae oct. sc. XV miscell., olim *τῆς ἁγίας ἀναστασίας* montis Athoi[3]), qui mutuas praebet fol. 143—152 inscriptas *ἐπιστολαὶ ἀμοιβαῖαι τοῦ λιβανίου πρὸς τὸν μέγαν βασίλειον.* Ultimam (12) vero sequitur prius, ut in Vatic. 869 (supra p. 209 n. 303) *λιβανίω γρηγόριος* (= 236), quae partem illius efficit in codice Laurent. LIX 30, tum Basilii electae ep. 330. 332. 186. 187. Desinit fol. 153. Inspexi.

Cum fol. 143—152 Parisini 2991 A codex

---

1) Graux, Le fonds de l'Escurial 189. M. Vogel et Gardthausen 81.

2) Fol. 16 *ἐπιστολαὶ τοῦ μεγάλου βασιλείου.*

3) Scriptores physiogn. t. I praef. p. CLXXXIV.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT / Public Domain in the United States, Google-digitized
https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093

Digitized by Google
Original from PENN STATE

355. Upsaliensis bibliothecae universitatis 8[1]) sc. XV fol. 290—297 tantopere conspirat, ut si non ex eo descriptus, certo ex eodem exemplari repetendus sit. Pro *μήτηρ* in Gregorii ad Libanium epistula per errorem *πατὴρ* praebet. Mea gratia examinavit et e parte descripsit Einar Loefstedt.

Item cum Paris. 2991 A congruunt codices:

356. Bodleianus Baroccianus gr. 56[2]) sc. XIV exeunt., qui post *ἰσιδώρου ὠφελλίῳ γραμματικῷ* cum Liban. ep. 1553 (fol. 28) praebet fol. 29v—33 mutuas inscriptas *ἐπιστολαὶ ἀμοιβαῖαι τοῦ πατρὸς σοφοῦ καὶ λιβανίου τοῦ σοφιστοῦ*. Sequuntur epistulae Iuliani, Libanii e coll. Lacapeniana excerptae, Synesii. Inspexi; et

357. Vaticanus Palatinus gr. 243 chart. formae oct. 650
sc. XV, miscell., qui post Gregorii Naz. *λόγον πρὸς εὐάγριον περὶ θειότητος* (fol. 234) fol. 237v—244 praebet epistulas mutuas inscriptas *ἐπιστολαὶ ἀμειβεῖαι* (sic) *τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν βασιλείου πρὸς λιβάνιον καὶ αὐτοῦ πρὸς αὐτόν*. Succedit epistula *γρηγορίου τοῦ θεολόγου πρὸς τὸν μέγαν βασίλειον· πῶς ἐπιφυλλὶς* Inspexi.

Eiusdem familiae sunt, sed partem tantum corpusculi reddunt neque hanc ordine immutato hi codices: Ac partem quidem priorem hoc praebent ordine epistularum 7. 8. 3—6. 22:

358. Baroccianus 228 membr. formae folii sc. XII inter 651
Basiliana fol. 126 et 127 inscriptam *λιβάνιος βασιλείῳ*. Inspexi; et

359. Baroccianus 76 chart. formae quart. min. sc. XV 652
fol. 118—121v. Inspexi; et

360. Vindobonensis theol. CXIII chart. formae quart. 653
mai. sc. XV, olim Andreae Darmarii teste inscriptione folii praefixi[r] *κτῆμα ἀνδρέου δαρμαρίου* fol. 236—238. Subscriptio rubricata est *εὔχεσθαι ξένοι τῷ ξένῳ νικολάῳ τῷ πατρινῷ τῷ χεῖρα προτείναντι πιξίδος τέλει: ~ anno 1422: d. 27. auosto*[3]). Examinavi.

---

1) Cf t. VI 504 n. 253. Graux et Martin, Notices sommaires des manuscrits grecs de Suède, Archives des missions scient. litt. ser. III t XV p. 326 et 328.

2) Cf. t. I 344 n. 53. Supra p. 180 n. 216 et p. 194 n. 289.

3) M. Vogel-Gardthausen 355.

Generated at Washington University in St. Louis on 2025-12-04 13:11 GMT / Public Domain in the United States, Google-digitized
https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093

Digitized by Google

Original from PENN STATE

Contra e parte altera octo post ep. 7 praebet epistulas 10. 11. 22. 9. 16. 13. 14. 11

361. Monacensis gr. 490[1]) sc. XV inde a fol. 155ᵛ.

Denique inter 20 et 16 locum invenit ep. 22 in ecloga epistularum e corpusculo facta, quam praebet codex

362. Escurialensis. Ψ—IV—1[2]) sc. XV/XVI fol. 305 sqq. Sunt ep. 17—20. 22. 16. Mea gratia inspexit Carolus Graux.

Altera quae corpusculo succrevit, est ep. **23**. Haec quoque iam in vetustis epistularum Basilianarum collectionibus etsi paucis occurrit. Huius generis est codex

654 363. monasterii Cossinitzes in monte Pangaeo siti 34 membr. (31 × 23 c.) sc. XI, qui inter Gregorii et Apollinarii ad Basilium epistulas fol. 1—196ᵛ syllogam Basilianarum atque in hac sub n. *κη—μδ'* has 17 mutuas continet: 1—6. 8. 7. 22. 13—15. 23. 16—19, quarum ordo eclogam respicit cum Vatic. 713[3]) et Barber. I 103[4]) cognatam. Sequuntur fol. 196ᵛ—222 *Λεοντίου σχολαστικοῦ Βυζαντίου σχόλια, ἀπὸ φωνῆς θεοδώρου τοῦ θεοφιλεστάτου ἀββᾶ καὶ σοφωτάτου φιλοσόφου τήν τε θείαν καὶ ἐξωτικὴν φιλοσοφήσαντος γραφήν*. Inc. *Ἀναγκαῖόν ἐστι μέλλοντας ἡμᾶς αἱρέσεων.*

Detexit et excerpsit mea gratia a. 1885 A. Papadopulus Kerameus.

Alter eiusdem generis codex est

655 364. Harlaeanus (= Harl), qui sc. X vel XI erat et 249 epistulas complectebatur teste Marano in edit. Basil. t. III p. CXCII, a quo collatus est. Qui cum omnium codicum superstitum antiquissimus fuisse dicatur et lectionum quarundam pretio excellat, est cur eum periisse et tam parcam sui notitiam reliquisse doleamus. At sunt agnoscendae etiam in eo lectiones potius coniectura inventae quam e fonte receptae, velut *εὐστάθιος* pro *διός* ep. 14 (XI 589, 12), *μᾶλ-*

---

1) Cf. t. V 162 n. 176; t. VIII 593 n. 94, supra p. 180 n. 213.
2) Cf. t. V 187 n. 200.
3) Supra p 219 n. 350.
4) Cf. supra p. 135 n. 113 et infra p. 224 n. 367.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT / https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized
Digitized by Google
Original from PENN STATE

λον ep. 13 (588, 4), *πρὸς* ep. 1 (573, 2), *ὡς* ep. 14 (589, 6), *τὸν δύσκολον* ep. 19 (593, 10) inserta. Frustra quidem fuerunt Loofsius[1]) et Przychockius[2]), quod eum inter Harleianos Musei Britannici quaesiverunt. Nam cum Roberto illo Harley, comite Oxfordiae (1661—1724), conditore thesauri codicum Musei Britannici, nihil habet rei is, qui hunc codicem possedit Achilles Harlaeus senator Parisiensis. Is eum prius cum Cotelerio communicavit, qui ep. 23 primus in Eclesiae Graecae monumentorum tomo II Lutetiae Paris. a. 1681 p. 96 A ex eo publici iuris fecit[3]), deinde non commodavit, sed dono dedit Garnerio, ut is in praefatione tomi I (1721) p. VIII testatur. At si bibliothecam congregationis S. Germani in Pratis intravit, eodem illo, quo Coislinianus secundus, incendio periisse videtur. Lectiones a Marano adnotatas in app. crit. ad ep. 1. 2. 5. 6. 9. 11. 13. 14. 19 recepi.

Alius generis sunt tres codices, quippe qui corpusculum ipsum reddant:

365. Laurentianus gr. LIX 30[4]) foliis 151—157ʳ chartaceis manu sc. XIV exaratis corpusculi inscriptione privi exhibet ep. 1—14. 23. 16. 15. 17—22. Ut ordo earum proxime ad Paris. 2991 A[5]) accedit, ita cum hoc etiam in hac re conspirat, quod post ultimam (22) exhibet *μήτηρ πατρὶ πέπομφα*, sed non ut Gregorii Naz. epistulam, sed ut finem epistulae antecedentis 22. Inspexi et e parte contuli.

366. Parisinus gr. 2075 sc. XV, continet fol. 120—123ᵛ mutuas inscriptione privas 1—6. 8. 7. 22. 13—15 23. 16—20. 10. 21. 9. 11. 12, eodem fere ordine atque Laur. LXXXVI 8[6]). Ep. 501 deest, quod finem facit syllogae antecedentis. Aeque atque in illo codice praecedit fol. 123ᵛ

1) Eustathius von Sebaste 3 not. 1.

2) De Gregorii Naz. epistularum codicibus (Rozprawy Akademii Umiejętnós, ci Wydzial Filologiczny Serya III tom. V) Cracoviae 1913, 232.

3) Cf. notas col. 559.

4) Cf. t. I 417 n. 65.

5) Supra p. 220 n. 354.

6) Cf. infra sub n. 368.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT / Public Domain in the United States, Google-digitized https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093
Digitized by Google Original from PENN STATE

γρηγόριος βασιλείῳ τῷ μεγάλῳ πῶς ἐπιφυλλὶς. De antecedenti ecloga vid. supra p. 131 n. 102. Inspexi.

Prorsus cum hoc Paris. 2075 in ecloga epistularum concinit

367. Vaticanus Barberinus I 103 (cf. supra p. 135 n. 113). Inspexi.

Idem fere statuendum est de codice

368. Laurentiano LXXXVI 8[1]) sc. XV, qui continet in collectione *τιβ* epistularum Libanii sub n. *ρξα—ρογ'* inscriptione privas mutuas 1—6. 8. 7. 22. 13—15. 23. 16—21. 10. 9, quibus postea additae sunt ep. 501. 647. comm. 12, id quod inde consequitur, quod post 9 insertae leguntur *γρηγόριος βασιλείῳ· πῶς ἐπιφυλλὶς* et *βασίλειος γρηγορίῳ τινὶ καὶ οὐ τῷ μεγάλῳ· ἐπειδή μοι τὴν σιωπήν*. Inspexi.

Pariter res se habet in codice

369. Taurinensi universitatis B V 33[2]) sc. XV, qui fol. 1 sqq. continet easdem mutuas rubricatas *ἐπιστολαὶ ἀμοιβαῖαι τοῦ μεγάλου βασιλείου πρὸς λιβάνιον καὶ λιβανίου πρὸς βασίλειον*. Tres ultimas (501. 647. 12) esse annexas inde patet, quod iis post 9 succedit *τοῦ μεγάλου βασιλείου πρός τινα γρηγόριον λάλλον* (sic) *καὶ γλωσσώδη· ἐπίδημος τὴν σιωπήν*.

Similis res est in ecloga mutuarum, quam post eclogam Libanianarum (fol. 93ᵛ—112) exhibet codex

370. Havniensis bibl. regiae 1985[3]) sc. XV (= Ha) fol. 112ᵛ—117ᵛ. Primam (3) *ἐπιστολὴ βασιλείου τοῦ μεγάλου πρὸς λιβάνιον* inscriptam sequuntur 4—6. 8. 7. 22. 9—11. 13. 15. 23. 16—21. Ultimam excipiunt epistulae inscriptae *ἐπιστολαὶ ἕτεραι λιβανίου τοῦ σοφιστοῦ πρός τινας* atque inter has post 1155 et 366 tertio loco succedit ep. 647 etsi perperam ex epistula antecedenti collectionis Lacapenianae inscripta *λιβανῷ*. Examinavi.

Etiam auctor eclogae, quam praebet codex

371. Oxoniensis collegii Lincolniensis 25 sc. XV

1) Supra p. 129 n. 101. 2) Supra p. 158 n. 173.
3) Supra p. 175 n. 200 et p. 193 n. 280.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT / Public Domain in the United States, Google-digitized
https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093
Digitized by Google
Original from PENN STATE

ineunt., collectioni Lacapenianae et fragmento intermisso fol. 147^v—152^v succedere iussit mutuas 1—16. 23. 17 – 21. Inspexi. Cf. supra p. 135 n. 112.

372. Laurentianus LVII 19 sc. XV praebet (fol. 230—234) inscriptione privas 16 mutuas 7. 15—19. 21. 22. 3—6. 8. 9. 23. 10. In ecloga autem antecedenti 37 epistularum medias inter reliquas reperiri comm. ep. 20, 2, ep. 647 supra p. 115 n. 82 exposui. Inspexi.

Ex hoc descriptus est codex

373. Laurentianus LV 2[1]) sc. XV fol. 210—316, ex hoc

374. Bodleianus Dorvillianus X 1. 4, 4[2]) descriptus est ab Antonio Maria Salvino, qui idem in codice

375. Marucelliano Bibliothecae Nationalis Florentinae A CII 1[3]) epistulas codicis antecedentis in sermonem Latinum vertit.

Proximae fuerunt, etsi nonnihil temporis intercessit, ep. 501 et 647 (= comm. ep. 24 et 25). Cum enim cum codicibus eclogae Lacapenianae coniunctae sint, a Lacapeno ipso huic subiectae esse censendae sunt. Nam hoc ab auctore eclogae, e qua Lacapenus hausit, factum esse ideo minus probabile est, quod a codicibus huius classis absunt. Quin etiam in

376. Parisino gr. 3022 sc. XV (cf. supra p. 126 n. 97) earum loco fol. 91 subiectae sunt comm. ep. 4 inscripta *λιβανίου σοφιστοῦ πρὸς τὸν μέγαν βασίλειον*, 5. 6. 8.

Neque ullus codex, qui ep. 501 et 647 in corpusculo exhibet, aetate Lacapeno superior est. Simul autem ambas insertas esse cum per se probabile est, quoniam revera a Libanio Basilio cuidam scriptae sunt qui pro Magno habitus est, tum codicum memoria firmatur. Simul enim in his primum comparent. Scio sane esse codices, qui alterutram tantum praebeant, sed hi sunt recentiores et, qua de causa altera praetermissa sit, patet. Sed priusquam de his agatur, testes duarum epistularum una cum comm. ep. 12 sub ultimis

1) Supra p. 116 n. 83. 2) Supra p. 116 n. 84.
3) Supra p. 117 n. 85.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT
https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized
Digitized by Google
Original from PENN STATE

num. σξβ—σξδ′ in eclogam Lacapenianam receptarum proferendi sunt:

377. Mutinensis III B 3 sc. XIV (cf. supra p. 133 n. 104),

378. Vaticanus gr. 113 sc. XV (cf. supra p. 133 n. 105),

379. Vindobonensis phil. gr. XC (= Vind) sc. XV (cf. supra p. 137 n. 115),

in quibus ultimae (12) sub n. σξε′ comm. ep. 11 eaque eiusdem originis, et sub σξς′ Lib. ep. 768 subiecta est.

380. Vaticanus Barberinus II 60 sc. XV/XVI (cf. supra p. 133 n. 106), in quo intermissa ep. 1553 comm. ep. 11, ep. 768 sine numeris adiectae sunt. Duas illas exhibent:

381. Neapolitanus III (vel IV) A 11 sc. XVI e Barberino descriptus. Sed comm. ep. 12 deest. Cf. supra p. 134 n. 107.

382. Vaticanus gr. 1588 sc. XV. Cf. supra p. 134 n. 108.

383. Vaticanus gr. 2243 sc. XIV, in quo sola ep. 1553 adiecta est. Cf. supra p. 134 n. 110.

384. Vaticanus gr. 1534 A sc. XIV. Cf. supra p. 135 n. 111.

385. Oxoniensis collegii Lincolniensis 25 sc. XV ineunt., in quo reliquae mutuae succedunt. Cf. supra p. 135 n. 112 et p. 224 n. 371.

386. Vratislaviensis Rehdigeranus 31 (= R) sc. XV. Cf. supra p. 137 n. 116.

387. Neapolitanus III (vel IV) A 13 sc. XVI. Cf. supra p. 138 n. 117.

388. Musei Britannici Burneianus gr. 88 sc. XV exeunt. Cf. supra p. 138 n. 118.

389. Ambrosianus + 49 sup. sc. XIV exeunt. Cf. supra p. 148 n. 145.

390. Vaticanus gr. 944 sc. XV. Cf. supra p. 103 n. 65.

391. Ambrosianus D 39 sup. sc. XIV exeunt. Cf. t. IV 407 n. 154 et supra p. 148 n. 146.

392. Upsaliensis 28 sc. XV. Cf. supra p. 145 n. 139.

393. Upsaliensis 64. Cf. supra p. 146 n. 140.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT / https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized
Digitized by Google
Original from PENN STATE

Neque dubitari potest, quin a Lacapeniana pendeant codices, qui illas ep. 501. 647. comm. 12 cum aliis Libanii epistulis coniunctas exhibent, velut

394. Laurentianus LXX 13 (= Lau) sc. XV, qui eas una cum comm. ep. 21 et 9 aliisque eclogae Lacapenianae decurtatae sub n. *τοε—τοζ′*, *τοθ′*, *τπ′* subiecit. Cf. supra p. 67 n. 11.

395. Vaticanus Urbinas gr. 80 sc. XV. Cf. supra p. 64 n. 7.

396. Vaticanus gr. 1953 fol. 222v, postquam fol. 188 iam comm. ep. 2 locum invenit. Cf. supra p. 117 n. 87.

Et ex eclogae Lacapenianae codice aliquo in syllogam a *Σ* repetendam ep. 501 et 647 transfluxerunt, quas inter ep. 1 et 649 exhibent codices

397. Vaticanus gr. 943 sc. XVI (cf. supra p. 98 n. 56) quique ex hoc descriptus est

398. Basileensis F VI 2 sc. XVII. Cf. supra p. 98 n. 57.

Neque ex alio fonte transierunt in corpusculum mutuarum. Quod quomodo factum sit, etiam nunc oculis lustrare possumus. Codex enim

399. Escurialensis Y III 9[1]) sc. XIV fol. 136—143 corpusculum exhibet forma proxime ad Angelicanum (cf. supra p. 219 n. 351) et Escurialensem T II 3 (cf. supra p. 220 n. 352) accedenti. Sunt enim comm. ep. 7. 1—6. 8. 11. 22. 10. 12. 15—21. 22 (iterum extat). 13. 14. Sed his subiunxit inscriptas *Λιβανίου πρὸς τὸν μέγαν βασίλειον καὶ τὸν θεολόγον Γρηγόριον* ep. 501. 647. comm. 22 (tertium). De ep. 1544 et 1214 sequentibus cf. supra p. 191 n. 276. Has excipiunt *βασίλειος γρηγορίῳ· ἐπειδή μοι τὴν σιωπὴν* et *τιμᾷς τοὺς εὐλαβεῖς*. Comm. ep. 12 praetermisit, quippe quae iam in corpusculo locum invenisset.

Mea gratia inspexit Carolus Graux.

Duas vero ep. 501 et 647 in fronte, tertiam comm. ep. 12 in fine collectionis mutuarum collocavit codex

400. Laurentianus LVIII 16 sc. XV, qui fol. 45v—51v exhibet 23 epistulas mutuas inscriptas *ἐπιστολαὶ*

1) Supra p. 191 n. 276.

Generated at Washington University in St. Louis on 2025-12-04 13:11 GMT / https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized

Digitized by Google Original from PENN STATE

ἀμοιβοῖαι (sic) *τοῦ μεγάλου βασιλείου καὶ τοῦ λιβανίου* hoc ordine: 501. 647. 3—6. 10. 11. 1. 15—22. 2. 7. 8. 13. 9. 12. Cf. supra p. 190 n. 273

Cum hoc videtur esse cognatus codex

656 401. Parisinus gr. 1428 chart. sc. XIV, olim Boistallerianus[1]), miscell., qui Basilii et Libanii epistulas mutuas testibus catalogis Mellotii et Omontii t. II 41 — ipse non inspexi — continet. Nam ut hae in Laurentiano post Phalaridis Brutique epistulas leguntur, ita in hoc inter easdem.

Denique ep. 501. 647. comm. ep. 12 medio in corpusculo mutuarum occurrunt, quod exhibet codex

657 402. Matritensis N 116 chart. partim Mediolani, partim Messanae a Constantino Lascari exaratus teste inscriptione fol. 4ᵛ *ἐπιστολαί, ἃς κωνσταντῖνος ὁ λάσκαρις καὶ αὐτῷ καὶ τοῖς φιλολόγοις ἐξέγραψε· τὰς μὲν ἐν μεδιολάνῳ τὰς δ' ἐν μεσσήνῃ τῆς σικελίας* fol. 108ᵛ—116ᵛ inscriptus *ἐπιστολαὶ ἀμοιβαῖαι τοῦ μεγάλου βασιλείου καὶ λιβανίου τοῦ σοφιστοῦ.* Sunt comm. ep. 1. 2; 501. 617. comm. 12; 9—12. 5. 6. 22. 13—21. Sed inter 22 et 13 fol. 114 Basilii epistulae quinque extant. Ep. 21 fol. 117 succedunt eiusdem ep. 330. 332—334. Inspexi.

Disiectae sunt duae epistulae 501 et 647 in codice

403. Rhysiensi 70 sc. XVI. Ep. 501 sub finem prioris syllogae Lacap. extat, 647 autem inscripta *βασιλείῳ τῷ μεγάλῳ* finem facit alterius. Excerpsi. Cf. supra p. 154 n. 165.

Tantum ep. 501 exhibent hi codices:

404. Vaticanus gr. 711 sc. XV sub collectionis Lacapenianae num. *μγ'*, sed cum fol. 174 desinit. Reliqua desunt. Cf. supra p. 150 n. 155.

In ceteris ep. 647 nulla alia, ut videtur, de causa omissa est nisi quod librarius operam suam iam in 501 deficere voluit. Ita

405. Baroccianus gr. 4 sc. XIV exeunt. collectionem Lacapenianam (fol. 1 sq.) non ultra *σξβ'* = ep. 501 produ-

1) Serap. XIX. Intellig.-Blatt 1858 n. 22 p. 171. 229.

xit; cf. supra p. 151 n. 156 et p. 194 n. 285. Ex hoc descriptus est

406. Bodleianus Gerardi Langbainii Advers. 21. Cf. supra p. 151 n. 158.

Item ep. 501 in fronte, comm. ep. 12 in fine obvia est corpusculi mutuarum, quod exhibet codex

407. Parisinus gr. 3044 sc. XV exeunt. post Iuliani ep. 75 et Basilii ep. 41 responsoriam et Iuliani ep. 72 et 34 (fol. 12—15) fol. 15—22ᵛ. Sunt 501 (perperam inscripta *βασίλειος λιβανίω*). 1—6. 8. 7. 22. 15. 16. 23. 17—21. 9. 13. 14. 10—12 (*κ̅γ̅ ὁ αὐτός* inscripta). Subscriptio est *τέλος τῶν ἀμοιβαίων ἐπιστολῶν βασιλείου τοῦ μεγάλου καὶ λιβανίου τοῦ σοφιστοῦ καὶ κοιαίστορος.* Inspexi. Cf. supra char. epist. p. 8 n. 19.

Ex eodem quo Paris. 3044 exemplari excerpta est ecloga 6 mutuarum, quam praebet

408. Parisinus gr. 2755, olim num. 129. CIƆCCXI. 658
1327. 3260 insignitus, chart. formae oct. mai manu Michaelis Apostolis[1]) exaratus, qui post Iuliani ep. 75 et Basilii ep. 41 et Iuliani ep. 72 et 34 (fol. 72—76) praebet ep. 501. comm. ep. 1. 2. 20. 11. 12. *τέλος* rubricatum est. Sequitur Basilii *λόγος πρὸς τοὺς νέους ὅπως ἂν ἐξ ἑλληνικῶν ὠφελοῖντο λόγων.* Inspexi.

Eadem res est in reliquiis corpusculi, quo finitur sylloga 415 epistularum Libanii orta e Lacapeniana et aucta e Vaticano 83, quam praebet codex

409. Parisinus gr. 2577 A fol. 117ᵛ—248. De ep. *νδ—νιε'* cf. supra p. 66 n. 10.

410. Bodleianus Baroccianus gr. 19 sc. XVI continet rudera corpusculi, quae ep. 5 inscriptam *Βασίλειος πρὸς Λιβάνιον* inde a verbis *ἴδιον εἶναι* (XI 578, 4). 6—10. 12—14 complectuntur; de fol. 194 cf. supra p. 179 n. 210.

Ultima sed, si nostra de Lacapeno coniectura verum assecuta est, non ita multo post quam 501 et 647 succrevit ep. 26. Hanc qui continent codicum vetustissimus est

1) M. Vogel-Gardthausen 308.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT / https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized
Digitized by Google
Original from PENN STATE

411. **Heidelbergensis Palatinus** gr. 356[1]) (= Pal) sc. XIV ineunt., qui inde a fol. 31 post Phalarideas et Gregorii Theologi non solum ep. 17—20. 22. 21, sed etiam 26 inscriptam *τοῦ αὐτοῦ* exhibet. Sequuntur epistulae Basilii, Apollonii, Synesii, Bruti; de fol. 58 cf. supra p. 181 n. 223. Contulit et lectiones a Wolfiana discrepantes in Miscell. criticis Friedemanni et Seebodii vol. I p. 648 sq. Roether publici iuris fecit. Denuo in P. Maasii usum collatus est. Inspexi.

Cum hoc plane conspirat codex

412. **Cantabrigiensis Universitatis** Gg I 2 sc. XV, qui fol. 290 et 291 easdem quas ille epistulas continet eodem modo inscriptas et ordinatas. Sequitur epistula Michaelis Pselli. De fol. 294 cf. supra p. 181 n. 224. Inspexi.

Alias quidem corpusculi epistulas, sed ultimam (26) eodem modo *τοῦ αὐτοῦ* inscriptam, exhibet codex

413. **Baroccianus** gr. 216 (= Baro) sc. XV, qui fol. 301v—302 praebet comm. ep. 9. 1. 2. 8. 7. 26. Inter 9 et 1 interiecta est Basilii ep. 279. Contuli. Cf. char. ep. p. 17 n. 41. Prol. p. 183 n. 243.

Loco epistulae 9 epistulam 11, ceterum easdem quas Baroccianus epistulas exhibet medias in collectione Lacapeniana bis excerpta codex

414. **Aurelianensis urbicus** 3 (= Aur) sc. XV/XVI. In fine codicis post Gregorii Naz. carmina extant reliquae corpusculi ep. 18—20. 22. 21. 16. 17. 15 et inter 20 et 22 ep. 1557 W. = Basilii ep. 328[2]) inscriptae *λιβάνιος βασιλείῳ τῷ μεγάλῳ*. Excerpsit et e parte meum in usum contulit Carolus Graux. Cf. supra p. 157 n. 169.

Finem faciat codex

659 415. **Parisinus Regius** 2281, e quo Cotelerius Eccles. Graec. monum. t. II p. 97 primus comm. ep. 26 publici iuris fecit, sed quem hodie ferat numerum ignoro.

1) Cf. t. VI 500 n. 248 et supra p. 181 n. 223.
2) Eadem epistula inter comm. ep. 22 et 2 in Vatic. 926 extat.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT https://hdl.handle.net/2027/pst.000007761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized

Digitized by Google Original from PENN STATE

Iam ut summam eorum quae disputavimus faciamus criseosque adhibendae lineamenta describamus, in corpusculo ipso (ep. 1—21) codex Reginensis (*Reg*) fide tantopere praestat, ut potissimus dux sequendus sit. Haud raro solus lectionem genuinam servavit. Inter ceteros autem, quos quidem assequi potuerim, et vetustate et bonitate excellunt codices, qui mutuas inter Basilianas exhibent Vindobonensis theol. CXLII (*Vin*), Monacensis gr. 497 (*Mon*), Angelicanus 13 (*Ang*), Baroccianus gr. 121 (*Bar*) et qui corpusculum in fine Libanianarum praebet Vaticanus gr. 83 (*V*). At Angelicanus quoniam proxime a Monacensi stat, lectiones aut easdem aut peiores praebens nullo detrimento ab apparatu critico removeri poterat. Reliquorum vero modo hic modo ille cum *Reg* congruit, quae res vix aliter explicari poterit nisi ita, ut lectiones codicis *Reg* vel eius fontis in marginem archetypi horum (*y*) transierint atque hinc modo ab hoc modo ab illo in textum receptae sint. E grege vero maximo recentiorum codicum tres mihi idonei visi sunt, quorum lectiones in apparatum criticum reciperentur Parisinus 2998 (*P*), qui proxime a *Vin* stat, Mosquensis 437 (*Mosq*) qui plerumque cum hoc facit, Heidelbergensis Palatinus 356 (*Pal*). At etiam inter codices a Marano in editione Basilii adhibitos sunt quorum ratio habenda sit, quippe qui vetustate et singularitate lectionum excellant, ut Harlaeanus, Mediceus, Coisliniani duo, Parisinus Regius primus. Harlaeanus et Coislinianus secundus iam non extare videntur. Mediceum id est Laurentianum IV 14 et Coislinianum I id est 237 et Parisinum Regium primum id est 506 ut ipse adirem temporum iniquitas obstitit. Itaque lectiones eorum a Marano prolatas reddidisse satis habui. Contra lectionum Coisliniani secundi et Parisini Regii secundi id est 971 sc. XVI, qui plerumque cum hoc facit, Anglicani (*Angl*), qui Baroccianus 56 vel Oxoniensis Collegii Lincolniensis fuisse potest, Vaticani (*Vat*) ratio fere non habenda visa est. In ep. 11 autem aeque atque in 24 et 25 summam auctoritatem habent codices Libaniani *Va Vo*.

Digitized by Google

Original from
PENN STATE

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT
https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized

Ep. 22, cum desint codices *Reg Vin Bar*, nititur codicibus *Mon V P Mosq Pul*, quibus addidi Havniensem 1985 (*Ha*) et Laurentianum LIX 30 (*Laure*), qui ad communem redeunt fontem.

In ep. 23 eosdem duos codices *Ha* et *Laure*, cum Pangaeum adire non licuerit, adhibui simul cum lectionibus codicis Harlaeani (*Harl*), e quo Cotelerius edidit, et codicis Lincopiensis Benzeliani A (*Benz*), qui fons fuit editionis Benzelianae. In ep. 26, cum codices vetusti omnino desint, Heidelbergensem Palatinum 356 (= *Pal*), Baroccianum 216 (= *Baro*), Aurelianensem 3 (= *Aur*) adhibui simul cum lectionibus Parisini Regii 2281, e quo Cotelerius edidit. Denique ep. 24 et 25 e 501 et 647 repetivi.

Iam ut de editionibus mutuarum pauca exponam, hae lucem viderunt editione

416. Aldina inscripta *Ἐπιστολαὶ διαφόρων φιλοσόφων. ῥητόρων. σοφιστῶν ἓξ πρὸς τοῖς εἴκοσι. Epistolae diversorum philosophorum. oratorum. Rhetorum sex et viginti,* quae prodiit Venetiis ap. Aldum mense Martio a. MID vol. II fol. α II—8ʳ *Ἐπιστολαὶ ἀμοιβαῖαι. Βασιλείου τοῦ μεγάλου καὶ Λιβανίου τοῦ σοφιστοῦ* (= Ald). Sunt ep. 1—22, quibus succedunt nonnullae Basilii, inter quas prima est *Ἀνδρονίκῳ ἡγεμόνι· εἰ μὲν οὕτως εἶχον.* Fluxit e codice proxime stanti a Bodleiano Miscell. 242 sc. XVI. Adhibui exemplar bibliothecae universitatis Vratislaviensis.

Quam repetiverunt nulla re mutata editio inscripta

417. *Ἐπιστολαὶ Ἑλληνικαὶ Ἀμοιβαῖαι* a Pyrrho Caldoraeo Aureliae Allobrogum a. 1606 foras data et paucis mutatis editiones operum Basilii: Basileensis prima Frobeniana anni 1532 cum praefatione Erasmi, Veneta a. 1535, Basileensis secunda a 1551 cum praefatione Iani Cornarii, Parisina prima a. 1618 curata a Frontone Ducaeo et Fed. Morello et recognita per Godefridum Tilmannum p. 940—946 ep. ρμζ—ρξγʹ (= Par), Parisina secunda a. 1638, denique epistulis maioris ambitus praetermissis editio inscripta:

Epistolia, Dialogi breves, oratiunculae, poematia ex variis utriusque linguae scriptoribus, quam *anno 1577 excudebat Henr. Stephanus* p. 76—85 (ep. 1—8. 13—22) et editio *ἐγκυκλοπαιδείας φιλολογικῆς* Patusae tom. I Venetiis a. 1758 foras data p. 171—177 (*ἐκ τῶν τοῦ μεγάλου Βασιλείου* = 3—8. 17—20. 22). Etiam Fed. Morellus quattuor epistulas (17—20) in praefatione tomi I d III et b IIII operum Libanianorum cum lacunis ex Aldina sumpsit, ut epistulam 7, editione inscripta: *τῶν ἑλληνικῶν ἐπιστολῶν ἀνθολογία. Graecorum veterum selectae brevesque epistolae in usum studiosae iuventutis* quae a. 1603 ap. Ioannem Tornaesium[1]) prodierat p. 9. Harum editionum nisi ubi emendaverunt, mentionem non feci.

Contra multis locis ope novem quos supra dixi codicum textum epistularum 1—22 emendare studuit

418. Maranus (= Mar), qui editionem operum Basilii a Garnerio incohatam perfecit Parisiis a. 1730 p. 452—462 ep. τλε—τνϛʹ et tres ep. 23—25, ut a Cotelerio in Ecclesiae Graecae Monumentis t. II (Parisiis 1681) p. 96—97 e codicibus Harlaeano, Parisinis Regiis 2281 et 1327 editae erant, sub n. τνζ—τνθʹ adiecit. Cuius editionis constanter rationem habui.

Ordinem, qui erat in huius editione, tenuit et pauca ad emendandi praesidia in ea collecta e codicibus a Rostgaardo collatis, potissimum Laurentianis et Parisinis, contulit

419. Wolfius (ep. 1590—1604), sed ep. 25, quae iam a Carolo Iespero Benzelio una cum 1602 et 1603 (= 23. 24) Lundini Gothorum a. 1735 e Lincopiensi Benzeliano A publicata erat, e codicibus Rostgaardianis correctam adiecit.

---

1) Secundum Fabricium-Harles Bibl. gr. IX 55 iam a. 1583 ex typographia Steph. Prevosteau.

§ 16. De editionibus epistularum vel praeparatis vel effectis, et de consilio huius editionis.

Superest ut de conaminibus editionis epistularum Libanii brevibus disseram. De qua valet paucis mutatis quod olim dixit poeta: illam optavere plurimi, praeparavere multi, incohavere pauci, consummavit unus. Ac iam Franciscum illum Zambicarium Bononiensem[1]) epistulis Libanii colligendis in itineribus quinque annos per Italiam et Graeciam factis operam dedisse coniciendum esset ut affirmatum est ab auctore recensionis editionis Wolfianae anonymo quae prodiit in Bibliothèque Raisonnée de savans de l'Europe t. 24 (Amstelod. 1740) p. 181, si fides habenda esset ipsi in praefationibus syllogarum epistularum latinarum ad Ioannem Bentivolum Bononiensem et Federicum ducem Urbini a. 1473 et 1475 missarum, quae verba ex Fr. Zamb. 319 et 325 repetita supra p. 59 typis impressi. Sed parum fide dignum esse hunc hominem et olim ostendi et supra repetivi. Novit certo, fortasse etiam acquisivit codicem postea Vaticanum 83 (*V*), qui plures mille et quingentas epistulas continet, fortasse etiam descripsit ex hoc Neapolitanum, sed in vertendo non Vaticanum, sed unum Bononiensem vel Dresdensem vel codicem cum his cognatum[2]) usurpavit.

Ab Aldina epistolographorum editione a. 1499 foras data[3]) exclusae erant epistulae Libanii.

420. Editionem principem (= pr) sc. XVI supra p. 79 n. 21 descripsi: reddit enim fere codicem Fonteblandensem hodie Parisinum 2962 e *Vo* descriptum, sed opera iam in epistula 108 desiit. Usus sum exemplari bibliothecae Berolinensis.

Cum hac cohaeret editio versionis latinae harum epistularum duobus tomis comprehensa, quorum prior quavis inscriptione caret, alter in exemplari Berolinensi textui graeco antecedens hunc habet titulum: *Epistolarum* | *Libanii Liber*

1) Cf. Prol. p. 58 sq.
2) Cf. *epistolas quae domi hospitabantur.*
3) Supra p. 232 n. 416.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT / https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized
Digitized by Google Original from PENN STATE

Secundus Antho. Pichonio Chartensi interprete. Parisiis, Apud Ioannem de Bordeaux, in monte D. Hillarij sub signo Occasionis. 15—76. Auctor versionis tomi prioris quis sit, nescitur.

421. Sed etiam alter Morellus Parisinus, Federicum dico, Regius interpres qui Libanii declamationes cum progymnasmatis et orationes Parisiis a. 1606 et 1627 edidit, de epistulis publicandis cogitavit. Atque is non in codicibus, qui ei ad manum erant, Parisinis adhibendis acquievit, sed etiam alios anquisivit. A Paulo V pontifice a. 1614 petivit et assecutus est ut epistulae quae in bibliotheca Vaticana essent exceptis iis quas iam ipse habebat per Scipionem Cobellucium describerentur[1]), cuius opera codice hodie Parisino 2963 continetur. Item ab Andrea Schotto nactus est ut codex qui penes hunc erat hodie Skoklosteranus ipsi mitteretur, ut is a. 1617 Ioanni Meursio scribit[2]) (Meursii opp. XI col. 274). Sed editionem non perfecit fortasse excepta praefatione[3]), etsi summa eius in studiis Libanianis fuisse fertur assiduitas, cuius testis profertur lepida illa narratiuncula a Paulo Colomesio (Recueil de particularitéz, fait l'an 1665) prolata p. 318 ed. Fabricius[4]), quam oblivioni eripere hic iuvat: *J'ay appris de M. Vossius, que Fédéric Morel travaillant sur Libanius, quelcun luy vint dire, que sa femme estoit fort malade; à quoy il répondit: je n'ay plus que deux ou trois periodes à traduire, après cela je l'iray voir. Quelcun retournant luy dire qu'elle s'en alloit, je n'ay plus que deux mots, dit il, je seray aussi-tost que vous. Enfin comme on luy vint annoncer, que sa femme estoit morte, J'en suis bien marry, répondit il froidement, c'estoit une bonne femme.* Itaque praeter quattuor inter Basilium et Libanium mutuas ex Aldina in praefatione Lib. opp. t. I repetitas paucae lucem viderunt in aliis eius editionibus, ut duae ad Iulianum ep. 72 et 143 in editione pro rhetoribus ad Antiochenos, Lutet. Paris. 1616 p. 29—31, ep. 123 in praefat. Lib. opp. t. I, ep. 175 et 670 in Lib. opp. t. II p. 575 sq.

1) Supra p. 63 n. 5. 2) Supra p. 109 sq. n. 76.
3) Supra p. 63.
4) E quo repetivit Fabricius Bibl. Gr. t. VII p. 383.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT
https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized

Digitized by Google
Original from
PENN STATE

422. Promisit quidem novam epistularum editionem Henricus ille Valesius, qui nactus notitiam apographi Bigotiani codicis Vaticani 83 (= Par. 3110)[1]) crebro in notis ad Ammianum numeris, quos in illo habent, usus earum mentionem fecit, ad XIV 7 p. 32: *Nicentium malo ex Libanii Epistolis, quas aliquando, si Deus juverit, in lucem edemus.* Neque vero promisso stetit. Unam epistulam ad Ammianum Marcellinum datam (= 1063) in praefat. ad lectorem (p. III ed. posterioris, Parisiis 1681) e codice bibliothecae Regiae edidit.

423. Nec melius res cessit Gerhardo Langbainio et

424. Gothofredo Oleario, qui epistulas codicibus bibliothecae Bodleianae servatas omnes descripserunt[2]).

425. Neque ultra conamina editionis progressi sunt Davides Clericus et

426. Ioannes Boivinus, qui epistulas codicis Paris. 2962 descripserunt et Latine verterunt atque nonnulla scite observaverunt[3]).

427. Notas Clerici adhibuit Iacobus Gothofredus, cuius in usum ille apographum alterum codicis Parisini, sed non plenum fecerat, in Notis (= Not), quae hodie in bibliotheca urbica Hamburgensi asservantur et a me in parte publici iuris factae sunt[4]).

428. Neque ut lucem videret, obtigit operae Antonii Mariae Salvini Florentini, qui a. 1695—1699 epistulas e duobus codicibus Laurentianis (LVII 47 et LV 2) descripsit et in sermonem Latinum vertit; sed autographum eius in bibliothecam Marucellianam et ex hac in nationalem Florentinam transiit, apographum in bibliothecam Dorvillii et ex hac in Bodleianam[5]), alterum die 2 Decembris a. 1698 Rostgaardo missum et in huius apparatu Libaniano Havniae servatum est.

1) Perperam Wolfius Praef. ad lect. fol. 2v Valesium in epistulis codice Altini usum esse, id quod cadit in orationes, coniecit. Cf. t. I p. 34.
2) Supra p. 158 sq. n. 158 et 159.
3) Wolf. praef. ad lect. fol. 2. Supra p. 79 sqq. n. 24—26. 28.
4) Supra p. 81 n. 27. 5) Supra p. 116 sq. n. 84 et 85.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT / Public Domain in the United States, Google-digitized https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093
Digitized by Google Original from PENN STATE

429. Epistulas 12 ad Aristaenetum vel de Aristaeneto scriptas ex apographo codicis Vatic. 113 a Luca Holstenio facto Petrus Lambecius in Bibliothecae Caesareae Vindobonensis commentariis lib. VI p. 244 sq. Vindobonae a. 1674 (= Lamb) edidit[1]) et Barth. Christ. Richardus cum versione Latina Francofurti et Lipsiae a. 1707 repetivit (= Rich)[2]).

430. Paulo plures epistulae publicatae sunt per Io. Albertum Fabricium in Bibliotheca Graeca: una ad Iamblichum (= ep. 1466) t. IV (Hamburgi 1711) p. 284 ex apographo codicis Barocciani a Godofredo Oleario facto[3]); tres ad Iulianum t. VII (1715) p. 397—402 ex eodem; quattuordecim ad Themistium t. VIII (1717) p. 37—54 ex apographis codicis Berolinensis et Spanhemiani a Maturino Veyssiere La Croze factis[4]).

431. Collatio apographi Oleariani et Lacroziani cum codice Vossiano ab Hermanno Samuele Reimaro a. 1720 facta[5]) serius in manum Fabricii venit quam ut ea in Bibliotheca uti posset.

432. Nova editio cum omnium operum tum epistularum quae ut Romae promissa a Fabricio t. VII p. 414 ex Actis Eruditorum Anni 1712 p. 431 et Memoriis literariis Trevoltinis 1712 p. 1473 annuntiata est, non ultra primos conatus videtur progressa esse. Auctor eius erat Leonardus Adami et codices potissimum Italiae et Germaniae adhibuisse ferebatur, sed praematura morte (a. 1719) abreptus est. De quo cf. t. I 284.

433. Iisdem vero annis, quibus Salvinius epistulas descripsit, summa in apparatu ad editionem parandam colligendo opera collocata est a Friderico Rostgaardo. Is enim in itinere a. 1696—1698 per Galliam et Italiam facto paene

1) Supra p. 133 n. 105.

2) Titulus est editionis: *Libanii Rhetoris Antiocheni Epistolae XII iam primum editae cum interpretatione latina Barth. Christ. Richardi..*

3) Supra p. 152 n. 159 et p. 171 n. 192.

4) Supra p. 89 n. 44 et p. 170 n. 191.

5) Supra p. 89 n. 46 et p. 171 n. 193.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT / Public Domain in the United States, Google-digitized
https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093
Digitized by Google
Original from PENN STATE

omnes codices, qui epistulas continebant, expilavit itaque ingentem apparatum coegit. Qua in re quomodo egerit, audiamus ipsum multo post in epistula die III Ian. a. 1738 ad Ioannem Grammium scribentem[1]): *Ex Epistolis in Vaticana admodum paucae, in Regia Parisiensi pauciores mea manu exaratae; sed amanuensem minime rudem, patria Norvegum*[2]), *qui per Angliam, Galliam et Italiam mihi famulatus est, ad hanc operam adhibui, omnesque et singulas cum ipso diligenter et pro captu meo curate relegi, et cum ipsis codicibus contuli. Omnes autem ex αὐτογράφῳ descriptae sunt: nam recentioribus apographis nullis usus sum.* In eo quidem quod ultimo loco dicit memoria eum defecit. Nam epistulas non omnes e Parisino Regio Maximo, sed ex apographo Boivini descriptas esse ipse testatur in margine ad ep. 109 adnotans: *Haec est prima epistola earum quae ad apographum Dñi Ioannis Boivinii descriptae sunt*, *ultima autem est τκθ' Ἀνατολίῳ* (= 339). Sed in reliquis non est cur fidem ei denegemus. Pro fundamento sumpsit et ipse codicem illum Parisinum 2962: nam Parisiis primam itineris fecit stationem et ille omnium bibliothecae Parisinae fuit amplissimus, ut Rostgaardus eum Regium Maximum appellare potuerit, et in margine apographi lectiones ab hoc recedentes codicum quos postea cognovit sed paucas adnotavit. Epistulae huius codicis cum nonnullis trium aliorum codicum Parisinorum primum efficiunt apparatus volumen; secundum epistulae ab hoc absentes quas itinere a. 1698 in Italiam continuato in bibliothecis Ambrosiana, Mutinensi, Laurentiana, Romanis invenit. Marcianos codices obiter inspexit; reliquas bibliothecas non adiit. Non defuit iudicium criticum, ut e nota de codicibus Mutinensi *A* et *V* et *Va* supra p. 87 publicata apparet. Sed ut nihil dicam male accidisse quod ex apographo exordium sumpsit

1) Bibl. urb. Hamburg. Supell. epistolic. Uffenbachii et Wolfiorum CXXIV—XXV (Ad Io. Chstph. Wolfium. XI—XII. H—Z) fol. 412. Cf. supra p. 60.

2) Nomen ei erat Jörgen Schielderoy secundum Werlauffium, Historiske Efterretninger omdet store Kongelige Bibliothek i Kiobenhaven, Kiobenhaven 1844, 149.

seroque ad codices vetustos pervenit, defuit diligentia in diversis manibus correctricibus discernendis. Et num linguae Graecae satis peritus fuerit in dubio relinquitur. Nam textum non constituit, immo vero in apparatu collecto acquievit[1]) donec is quoque a. 1725 auctionis iure veniret. Itaque factum est ut is vel Fabricium lateret et editiones epistularum praepararentur vel foras irent nulla eius cura habita. Nam et

434. Ioannes Palmrootius Upsaliensis in unius Rolambiani codicis recentis, quem a. 1691 descripserat (= cod. Upsal. 64) et a. 1726 in editionis formam redegerat (= cod. Upsal. 61), fundamento editionem facere suscepit quae in ipsius scriniis remansit[2]) et

435. Carolus Jesperus Benzelius Lundini Gothorum a. 1735 viginti epistulas edidit (= Benz) uno nisus codice et ipso recenti quem pater eius Ericus acquisiverat[3]).

436. Copia facta est apparatum illum inspiciendi[4]), donec apud Rostgaardum erat[5]), et usurpandi, postquam in possessionem bibliothecae regiae Havniensis transiit, Ioanni Christophoro Wolfio Hamburgensi. Is enim epistulas plus trecentas codicibus Bodleianis servatas non quidem ex his ipsis, ut e verbis praef. Centuriae 5 (*Codices, quibus usus sum, plerique Barocciani erant et antiquioris notae*) colligas, sed ex apographo Langbainiano[6]), ut ipse in praefatione editionis testatur, descripserat et centuriam earum selectam cum versione latina et notis Lipsiae a. 1711 (= Wolf Cent) et tomo secundo et tertio Anecdotorum graecorum sacrorum et profanorum ab ipso Hamburgi a. 1722 et 1723 editorum (= Wolf An), 25 epistulas alias partim ex eodem partim ex apographis codicum Berolinensis et Spanhemiani a Maturino Veyssiere La Croze factis publicaverat. Iam postquam apparatum Rostgaar-

1) Iam a. 1711 Wolfius La Crozio sibi muntiatum esse scribit Rostgaardum apparatum Hemsterhusio ad editionem parandam dare velle (Thesaur. epistol. Lacrozian. t. II p. 19 ep. 11).

2) Supra p. 146 n. 140. 3) Supra p. 113 n. 78.

4) Me ipsum toto hoc apparatu usum esse supra dixi.

5) Lib. epist. Centur. praef. 4. 6) Supra p. 152 n. 160.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT / Public Domain in the United States, Google-digitized https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093

Digitized by Google

Original from PENN STATE

dianum a bibliotheca Havniensi utendum nactus est, fundamentum eum novae editionis Amstelaedami a. 1738 foras missae fecit. Atque totus ab hoc pendet. Neque enim solum textum ex eo constituit, sed etiam ordinem, quem ille secundum tempus, quo bibliothecas visitaverat, epistulis in apographis dederat retinuit. Pauca eaque parvi pretii subsidia aliunde sumpsit. Codicem *Vo* inspexit, non usurpavit. Pauca emendavit neque in his fere fuit felix. Defuit linguae graecae peritia[1]). Complura in Addendis editioni p. 860—865 subiunctis correxit, in quibus etiam editionis Benzelianae rationem habuit et observationes Dorvillii protulit. Plura voluit corrigere Curis posterioribus, quas promisit, at mors iam anno editionem sequenti eum praevenit.

437. Largissimam igitur reliquit messem[2]), at messores nactus est paucissimos, immo vero unum, sed hunc *πολλῶν ἀντάξιον*, Reiskium. Is plus semel epistulas, ut a Wolfio emissae erant, perlegit et emendavit. Ac primum quidem iam adulescens, quae invenit vel invenisse sibi visus est, in formam notarum redegit quinque paginis comprehensarum (= Not), quas Dorvillio publicandas tradidisse videtur. Reperitur enim inter codices manuscriptos Dorvillianos, qui in bibliothecam Bodleianam transierunt, codex X. I. 4. 27 inscriptus Reiskii in Libanium. Adulescentem sane produnt, sed ex ungue leonem, et digna erant quae publicarentur. Nam multa sunt egregie observata. Itaque plerasque harum notarum in apparatu respexi. Sed multo feracior fuit opera a viro epistulis impensa, qui gratia etiam in his spirante plane se devinctum esse professus est. Margini exemplaris editionis Wolfianae, quod post eius mortem cum reliquis adversariis in bibliothecam regiam Havniensem transiit ab eaque mihi utendum missum est, permultas emendationes et observationes (*animadversiones*) adscripsit quas litteris

---

1) Ruhnkenius Tim. p 137 ed.² (116 ed.³) eum hominem graecae linguae mediocriter peritum nominavit.

2) Anonymus qui in Bibliothèque Raisonnée des ouvrages de savans de l'Europe t. 24 (1740) p. 177—227 censuram editionis egit pauca ad interpretationem, ad crisin nihil contulit.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT / Public Domain in the United States, Google-digitized https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093
Digitized by Google
Original from PENN STATE

Re significavi. Has vero iterata lectione in Supplementorum libello (= *Suppl*) vel auxit vel correxit. Sed etiam vim quam epistulae ad genium saeculi quarti p. Chr. n. cognoscendum habent probe perspexit. Itaque non solum, quae volumine ad vitam Libanii apparatus inscripto continentur (Coll. nov. Reg. N. 106), sed etiam prosopographiam eorum ad quos epistulae extant, duobus voluminibus (A—G. H—Z) comprehensam (Coll. nov. Reg. N. 107) conscripsit. In fine indicis alphabetici legitur: *absolvi adspirante deo d. 22 Dec. 1757.* Denique etiam versionem latinam epistularum pariter accuratam atque elegantem confecit. Spatio multorum annorum interiecto collationem cum codice Wolfenbuttelano fecit cuius in fine legitur: *Absolvi d. 12. Maji 1773*[1]).

Permultae emendationes non modo huius, sed etiam optimorum codicum lectionibus confirmatae sunt, et ingens est numerus earum quae his obstantibus in textu reponendae vel in apparatu commemorandae erant, quippe quae viam ad emendandum indicarent vel saltem corruptelam stabilirent. Dolendum est quod defuere successores cum alii tum qui ceteris Libanii operibus opem tulere Fridericus Iacobsius, Carolus Sintenis, Augustus Gasda, Carel Gabriel Cobetus.

438. Praeter C. Fr. Matthaeium, qui collationi codicum Mosquensium ad Iacobsium missae[2]) nonnullas emendationes adiecit, unus

439. Franciscus Boissonadius operam suam etiam epistulis navavit. Is enim codices quorum ei copia erat Parisinos 1000. 3002. 3035 contulit nonnullosque locos ex iis correxit. Sed hi erant recentes, neque notas criticas collegit, sed per adnotationes cum aliarum editionum tum Anecdotorum dispersas reliquit, neque quicquam, quod ad crisin in epistulis factitandam pertineret, protulit.

Nova igitur editione opus esse cum propter scriptorem ipsum tum propter eos ad quos epistulas dedit et propter res quas illis tractavit vel tetigit non fugit viros ad iudicandum idoneos.

440. Ac multi voluere vel suscepere, e quibus honoris

1) Supra p. 125 n. 96. 2) Supra p. 91 n. 47 et p. 216 n. 336.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT / https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized
Digitized by Google Original from PENN STATE

causa nomino Eugenium Bormann. Is a. 1867 codices in bibliothecis Romanis Florentinis Neapolitanis asservatos inspexit et vetustissimos eorum *V* et *Va* diligentissime conferre coepit, sed distentus cum aliis muneribus tum cura inscriptionum Latinarum quae collegerat anno proximo mihi Romae tradidit qui paulo ante Herchero auctore consilium omnium operum Libanii edendorum ceperam. Ac primum quidem erat notitiam codicum superstitum nancisci omnium. Italicos plerosque a. 1868—1870 tractavi et a. 1895 revisi, annis sequentibus Vindobonenses, Germanicos, Batavos, Helveticos, apparatum et Rostgaardianum et Fabricianum et Reiskianum Madvigio intercedente ab Havniensibus missum. De codicibus Mosquensibus mihi rettulit Theodorus Korsch, de Upsaliensibus, Lincopiensibus, Skoklosterano Einar Löfstedt pater, cuius copiis usus a. 1877 universitati Upsaliensi saecularia quarta celebranti nomine universitatis Rostochiensis commentatione inscripta 'De Libanii libris manuscriptis Upsaliensibus et Lincopiensibus' gratulatus sum. In codicibus Gallicis et Hispaniensibus rimandis et inspiciendis ultro operam suam obtulit Carolus Graux, in codicibus bibliothecarum orientalium anquirendis et perscrutandis me adiuverunt N. Gregorius Bernardakis, Papadopulus Kerameus, Manuel Gedeon, P. Spyridon Lambros, Alexander Lauriotes. Codices Angliae, Galliae, Hispaniae a. 1880 examinavi, Hierosolymitanos, Constantinopolitanos, Chalcenos, Rhysiensem a. 1896, Athenienses a. 1903. Tandem benevolentia honestissimi huius editionis venditoris Alfredi Giesecke ectypum photographicum codicis Athoi Laurae nactus sum. Quo pacto factum est ut si excipis unum alterumve recentissimum ac vix nomine dignum, nullum extare asserere possim quem non aut ipse aut per doctorum amicorum oculos cognoverim.

Sed etiam scripta eorum qui Libanii epistulis usi erant, etiamsi nondum typis impressa sed manu scripta in bibliothecis latebant, ut Manuelis Rhaul, Georgii Lacapeni, excerptoris Darmstadiensis, adeunda erant.

Talem in modum postquam qua via atque condicione

epistulae ad nos pervenerint cognitum est, recensionis fundamenta iaci ordoque earum qui, ut quadamtenus Sieversius, multo plenius Seeckius cognovit, chronologicus est, restitui potuit. Iam haec res ardua tantique moliminis erat, ut viri summi, quales Tycho Mommsen et Augustus Nauck fuerunt, palam dubitationes exprimere potuerint, num mihi uni atque solo ea successura sit. Sed etiam manus emendatrix adhibenda erat. Nam quamvis inter codices, qui a quadringentis prope absunt, nonnulli sint vetusti atque boni et quamvis manus interpolatrix in epistulis multo minus quam in aliis scriptis grassata sit, tamen textus libris manuscriptis et testimoniis traditus minime corruptelis liber est Has ut removerem pro parte virili operam dedi, quin etiam cardinem operae meae in emendatione verti profiteor. Et quamquam manum Libanii iam omnibus locis cum mea tum aliorum ope restitutam nodosque interpretationis omnes solutos esse affirmare nolo, tamen numerum locorum desperatorum haud ita magnum esse crediderim.

Sed etiam in recipiendis epistulis crisis adhibenda erat. Epistulas quae a Wolfiana editione absunt addere non potui nisi paucas, quas in collatione numerorum editionis illius meaeque (XI 598 sqq.) reperis[1]). Multo plures seclusi, quippe quae certi alius auctoris sint. Contra sub finem huius editionis inde ab ep. 1545 cancellis rectis inclusas dedi eas quae quidem quin a Libanio abiudicandae sint non dubito, cui vero tribuendae sint, adhuc me nescire fateor. De iis aeque atque de corpusculo epistularum inter Basilium et Libanium mutuarum supra § 14. 15 egi.

In universum quidem rationem in antecedentibus tomis adhibitam servavi, pauca novavi. Quoniam codices non solum eclogarii, sed etiam corporales excepto *V* parum pleni sunt, singulis epistulis sigla codicum, quibus continentur, adscripsi et apparatum criticum, ut aditus ad singulas epistulas facilis fiat, ita institui ut quivis statim eo uti possit.

1) Quod Zacagnius Collect. Monum. vet. Eccl. Graec. et Lat. p. 49 supra duarum chiliadum numerum epistularum Libanii codicibus Vaticanis servatum esse dixit, exaggeratione continetur nisi forte epistulas latinas Zambicarii inclusas esse voluit.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT / https://hdl.handle.net/2027/pst.000007761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized
Digitized by Google
Original from PENN STATE

Si qui codices cancellis obliquis inclusi sunt, id indicat eos non ut recensionis fundamentum constanter, sed exceptionis vel speciminis loco esse adhibitos. Nonnulla, quae ad intellegendum necessaria vel utilia essent, addidi. Adscripsi deinde numeros annorum, quibus epistulae tribuendae sunt, usus libris G. R. Sieversii, Das Leben d. Libanius, Berol. 1868 a filio parum accurate edito, O. Seeckii, Die Briefe des Libanius zeitlich geordnet, Lips. 1906, Io. Silomonis, De Libanii epistularum libris I—VI, Gotting. 1909. De personis ad quas epistulae datae suut, plerumque Sieversium vel Seeckium provocavi, ubi vero necessarium videbatur, locos cum aliorum scriptorum, velut Ammiani Marcellini, Iuliani, Themistii, tum Libanii ipsius adnotavi. Idem fere valet de rebus vel diserte commemoratis vel tecte significatis. Quo in genere etiam maximus est numerus locorum, quibus non res suae aetatis, sed temporis praeteriti a scriptoribus classicis commemoratas respexit. Inter quos post Homerum eminent Euripides et Aristophanes, Thucydides, Isocrates, qui fertur auctor Demoniceae, Demosthenes, sed omnes hos superat Plato, cuius dialogorum locos multo crebrius recordatus est quam commemoravit, ut Richtsteigius docuit, ad cuius dissertationem (Libanius qua ratione Platonis operibus usus sit, Vrat. 1918) saepe provocavi.

Sed vel sic loci aliquot tenebris circumfusi sunt. Ad quas repellendas s c h o l i a non ita multum conferunt. Scholiola quidem in compluribus codicibus ad nos pervenerunt, quorum pleraque sub textu publicavi; scholia vero copiosiora paucis codicibus insunt, inter quos singularem habet locum Berolinensis. Sed haec recentis sunt originis, ut vel Suidae lexicon crebro exscriptum demonstrat, ac ne ab autoschediasmatis quidem abhorrent. Itaque haec non omnia exhibui, sed nonnulla ut specimina exegeseos Byzantinae elegisse satis habui.

Nihil restat nisi ut optem laborem meum a viris doctis boni consuli et aliquid conferre ut studium litterarum saeculi p. Chr. n. quarti revirescat.

Dabam Vratislaviae die XII mensis Septembris anni MCMXX.

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT / https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized

Digitized by Google Original from PENN STATE

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT
https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized

Digitized by Google

Original from
PENN STATE

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT
https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized
Digitized by Google
Original from
PENN STATE

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT
https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized
Digitized by Google
Original from
PENN STATE

A000000761093

PA4226
.A2
1903
v.9

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT
https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized

Digitized by Google

Original from
PENN STATE

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT
https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized
Digitized by Google
Original from
PENN STATE

A000000761093

1482

Generated at Washington University in St. Louis through HathiTrust on 2025-12-04 13:11 GMT
https://hdl.handle.net/2027/pst.000000761093 / Public Domain in the United States, Google-digitized

Digitized by Google

Original from
PENN STATE